



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manuscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodière

Qvi ... Illas Omnes Complectitvr Historias, Qvæ Post Secvndam Sex
Tomorvm Editionem ...

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1586

VD16 ZV 1269

Ivnii Die

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77432)

DE S. QVADRATO EPISCOPO. 139
VITA B. QVADRATI ATHENIENSIS
 EPISCOPI APOSTOLORVM DISCIPVLI, PER DIVVM
Hieronymū presbyterū scripta. Habetur in libro eius de Viris illustrib.

QVADRATVS Apostolorum discipulus, Publio Athenarū 26. Maij.
 Episcopo ob Christi fidem martyrio coronato, in locum eius
 substituitur, & Ecclesiam grandi terrore dispersam, fide & indu- S. Quadratus ordinatur Episcopus.
 stria sua congregat. Cumq; Hadrianus Athenis exegisset hyemē,
 inuisens Eleusinam, & omnibus penē Græciæ sacris initiatus, de-
 disse occasione[m] his qui Christianos oderant, absque praecepto
 Imperatoris vexare credentes: porrexit ei librum pro religione
 nostra compositum, valde vtilem, plenumq; rationis & fidei, & Apostolica do-
 ctрина dignum: in quo & antiquitatem suæ ætatis ostendens, ait, plurimos à se visos
 qui sub Domino varijs in ludæa oppressi calamitatibus sanati fuerant, & qui à mor-
 tuis resurrexerant.

I V N I V S.

DE S. MARTIALE EPISCOPO LEMOVICINENSI, VT HABETVR IN LIBRO DE GLO-
 ria Confessorum S. Gregorij Turonem. Episcopi cap. 27.

MARTIALIS sanctus Episcopus à Romanis missus Iunij 2.
 Episcopis, in vrbe Lemouicina predicare exorsus est. Euer- S. Martialis fit Episcopus.
 sisque simulacrorum ritibus, repleta iam credulitate Dei
 vrbe, migravit à seculo. Erant tunc temporis cum eo duo
 Presbyteri, quos secum ab Oriente adduxit in Gallias. Ve-
 rum vbi completi sunt dies eorum, vt & ipsi vocarentur
 de hoc seculo, coniunctis sarcophagis, in eadem crypta, in
 qua sanctus Episcopus, sunt sepulti. & vnus quidem parie-
 ti proximus, alter verò contiguus erat, super terram tamē
 vterque stabat, sed non poterat alteri propter illum, qui primus erat, honor impen- Eccē quomodo antequam sancti honorabantur.
 di, hoc est, non ipsa palla expandi poterat, non lumen accendi. Quòd cum incola
 loci molestè ferrent, quodam mane accedentes ad cryptam, inuenerunt sepulcra
 diuersis parietibus esse locata, & sic accessus liber ad vtrunque sepulcrum patuit.

**VITA SANCTI BENNONIS MISS-
 NENSIS ECCLESIAE DECIMI EPISCOPI, ET CONFESSO-
 ris, vitæ sanctitate & miraculorum gloria præclari, conscripta per Hero-
 nymum Emser, sacrorum Canonum Licentiatum. Epistolam verò
 dedicatariam, & indicem capitum, pro more omisimus,
 quòd ad vitæ historiam non
 pertinerent.**

P R A E F A T I O.

Beatissimi patris Bennonis Bennopolitani, insignis Ecclesiæ Miss-
 nensis decimi quòdam Episcopi vitam descripturus, operæ pre-
 cium duxi ante omnia vrbis ipsius Missnæ situm, originem ac ve-
 teris ecclesiasticæ disciplinæ, in hac vsque tempora seruata ve-
 stigia, literis demandare: tum quòd id à nemine prius attenda-
 tum: tum quòd indignum sit, eam vrbem apud exteros esse in-
 cognitam, quæ caput & mater est populi Missnensis, Germano- Populi Missnensis præfati.
 rum omnium (quòd cum pace tamen aliorum dixerim) faciliè principis: nedum
 m 4 foli

Agri Misenensis fertilitas.

foli ubertate & bonorum omnium abundantia, verum etiam vrbaneitate, ac moribus nitidissimis. Est enim idem populus Misnenis peculiariter in superos plus, in hospites liberalis: domi splendidus, foris compositus: ager verò non solum Cere & Baccho, sed & auro & argento luxuriat. Ex gemmis adamanta, beryllum, iaspida, amethystum, topazion, ac vniones parturit. Stanno, ferro & vniuerso ferè metalli genere scaturit: marmor præterea gignit, & omnium nouissimè repletur electrum ac succinum. Flumina colligit ratibus ac nauibus petua, Albim Germaniæ olim terminum, Muldam, Tschoppen, Ellestram, & alia quàm plurima: torrentes verò ac riuulos penè innumeros. Nec desunt illi syluæ caduæ, & nemora stabula alta ferarum: nec læta pecoribus pascua, & florida prata. Aëris quoque tanta fruatur temperie, vt & crocum & nonnullos alios peregrinos fructes, non inuitè etiam nutriat. Huc ego tam mites ac placidos Misnenis populi mores, tam quæ formosa corpora referenda censeo. Siquidem Aristotele etiam teste, haud parum refert, hac vel illa celi facie homines procreari. Domos hic ædificant, vel scilicet

Vrbium quæ rursus prærogatiua Lips.

Dresda.

li lapide excisas, vel coctili compactas. Vrbes quoque singulæ prium quid habent venerabile, & in quo cæteras antecellant. Equibus Misna caput, sede pontificali, & arce in summum vsque verticem mirè testudinata insignis est. Lips studio sapientia: clara, trinundinali etiam mercatorum conuentu longè tempore condite, & à singulis montibus cognominatæ sunt. E quibus omnium amplissima Sanctæ Annæ vix duodecim ante annis, quàm ista scriberemus, sylua fuit. Mirum est, (vt domos taceam, tantum murorum ambitum, tot turres ac moenia, tam eriguo tempore potuisse erigi. Verùm de felicitate atque affluentia terræ populi quæ Misnenis, hæc tenus: nunc verò ad ipsam vrbem reuertamur.

Mons Sanctæ Annæ.

Henricus Auceps fundator ciuitatis Misnæ.

Cuius prima fundamenta posuit Henricus cognomento Auceps, primus & ipse apud Germanos (Blondo Flauio, Aenea quæ authoribus) Imperator augustus: vir insignis pietate ac modestia. Cui aucupis nomen idcirco fuit inditum, quòd ij, qui eum, principum delectu, ad imperium capeendum accerserent, offenderint simpliciter auibis tendentem insidias. Nec factò tam humili diuinæ providentiæ mysterium defuit. Siquidem is paulò post auum omnium cepit Regiam Romanam puto Aquilam: ipsum quæ Romanum Imperium magna tum sua ipsius, tum filij Ottonis primi virtute, ad perpetuam Germanorum gloriam vendicauit. Licet autem Italici quidam scriptores egregium hunc aucupem nostrum inter Imperatores non recenseant: (eò quòd Italiam non fuerit ingressus, cotonam quæ Pontificijs manibus de more imponendam non suscepit) si tamen quis causas secum pensitauerit, quibus ille motus vrrunque posthabuit, facile patebit, iniuste nimis eas ob res, virum omni imperatoria virtute præditum, solo Imperatoris priuari nomine. Nam quòd in Italiam non fuerit profectus, his eum verbis Francorum excusat historia dicens, quòd intantum Dei cultum, defensionem inopum ac viduarum, necnon seruandæ pacis disciplinam, omni seculari dignitati præulerit, vt nullam circa Tyrannos ab Italia fugandos (qui quasi mercenarij, conducentij, alter alteri succedentes laniabant Imperium) operam dare possent. Coronam autem etiam vltro oblatam capiti suo imponere abiurauit, indignè ratus in dè gloriam aucupari, vnde Christus Rex suus fuisset illusus. Quod si in Germano damnant Itali: cur non itidem in suo Tito quem cum gentes finitimæ ob victoriam Iudaicam coronare vellent, tali honore (vt scribit Philostratus) indignum se esse respondit. Non enim se ipsum talium operum fuisse auctorem: sed Deo, iracundiam suam contra Iudæos demonstranti, suas præbuisse manus. Quem Apollonius ille Tyaneus vehementer in dè commendans, virum ingenio & modestia abundantem esse, restatus est. Sicut igitur nec Tito obfuit hoc eius modestiæ exemplum, quo minus Imperator haberetur: ita nec Henrico nostro obitare poterit, quin Imperatorum albo dignissimè veniat adsciscendus.

Initium ciuitatis Misnæ.

Eius igitur imperij anno decimo, humana salutis D. CCCC. XXX. dum Albrisipam contra barbarorum insultus cõmuniendo, oberraret: captus saltibus & amoenitate montis istius, quem adhuc Misna occupat, vrbem ibidem felicibus edificare cepit

SURIUS

q. ber
Kober
RVIII
5

Causæ propter quas Italia non accessit.

Coronam cur abnucrit

Titi modestia.

cepit à spicijs. Cui à riualo Missin, qui ad pedem montis ab Aquilone profluit, nomen imponens, tutum eam deinceps habuit contra hostes praesidium, eò quòd mons ille ex altera parte Albim fluuium haberet per maximum: ex altera verò duobus alijs montibus totidemque conuallibus, veluti fossis quibusdam, natura esset munitus. Est autem vrbis Missinæ idem ferè, qui & totius patriæ situs. Orientem enim Albis fluuius excipit: Meridiem Bohemia, Septentrionem Saxonia, vendicat: Occidens verò Thuringos respicit. Hæc igitur vrbis Missinæ origo, hic situs est. Conditor ipsius, anno dehinc tertio cum Hungaris, tunc pagani Saxoniâ populantibus, bello congressus apud Merseburg Thuringorum memorabili eos clade fudit: & tributum, quod illis hucusque pendit solitum erat, in pauperes ac pios ecclesiarum vsus elargitus est. Centum millia Hungarorum eo bello desiderati sunt, plures ducti captiui, plurimi fuga clapsi. Imperator post tam insignem victoriam, secum animo conceperat, in vrbe Missinensi, cuius tempore Hungarici belli, opportunè vsus fuerat, pontificalem statuere sedem: verum post multa virtutis documenta immatura morte peremptus est, negotium filio suo Ottoni cognomento Magno perficiendum reliquit.

Hic, vt vir erat omni pietate conspicuus, diuiniq; cultus obseruantissimus, patris mandata haud segniter implens, Cathedralem quæ adhuc extat, ponere cepit Ecclesiam: Deo Opr. Max. D. Iohanni Apostolo, & Donato Episcopo ac Christi martyri dicendam. Cui terminos posuit fontem Oderæ fluminis: ab eoque recta via vsque ad caput Albis, & dehinc ad occidentalem plagam, vbi confinium est duarum regionum, Bohemiæ videlicet ac Nisicensis: indeque per syluam occidentem versus vique ad os Muldæ, & sic deorsum per vtranque Muldæ ripam, donec is rursus se in Albim exonerat. Horumque locorum homines & eorum fortunas, cum omnem elemento terræ, frugum, pecudum, omnibusque diuitijs ac bonis, tam presentibus quam futuris, autoritate & sub diplomate Iohannis XIII. summi Pontificis dictæ Ecclesiæ Missinensi donauit ac consecrauit. Qua tanta Imperatoris liberalitate motus idem Pontifex, vt liberaliter & ipse erga eum ageret, pulcherrimum nouæ Ecclesiæ Missinensi priuilegium tradidit: vt videlicet à primaua sui origine libera, nulli in perpetuum subesset, siue Patriarchæ, siue Metropolitanæ, aut cuiquam quouis titulo vel honore prædico, nisi ipsi & successoribus suis Romanis Pontificibus. Ecclesiæ hoc modo constitutæ Imperator Burckhardum quendam, primum destinauit Episcopum, virum venerabilem & multa religione insignem. Qui statim à Iohanne prædicto simul cum episcopo ipso confirmatus, Collegium instituit Canonicorum & sacerdotum Christi: qui instar temporum suorum, primo omnia habere communia, simulq; vna vesci mensa, & in vno condormire loco. Canonicas horas & diuina omnia pariter, & cum multa celebrare dignitate ac reuerentia: Neque in choro, neque extra chorum aliud agere, quam vel orare, vel supinis in cælum rapi oculis ac manibus, nulla data in eodem loco (quæ multorum consuetudo est) confabulandi licentia. Qui mos in hodiernum vsque diem in Ecclesiâ Missinensi piè sanctèque adseruatur. Vbi enim sacerdotes nulla ad Chorum necessitate adstringuntur, in abditißimos angulos sese penetrant, & secretiora quæque templi loca perentes, aut genu flexo, aut toto prostrati corpore proni adorant. Idem etiam Burckhardus vehementer desiderans, Clerum Ecclesiæ suæ, sicuti morum vitæque honestate, ita habitu quoque à cæteris discerni, primum pallio nigro, linea veste superinieto illos vti docuit. Quo quidè amictu hodie etiam incedunt, non tamen nisi statis anni temporibus, & præcipuè esurialibus Quadragesimæ ferijs. Pari cura & sollicitudine subsecuti Burckhardum Antistites, in primis tamen Heico, Gerundus, Bruno secundus, V Vitigo, & is à quo cœpimus Benno: omnes e quidem sanctitate vitæ spectabiles, omnem ecclesiasticam disciplinam ac honestatem ibidem plantauerunt, & ad posteros transmiserunt.

Licet autem interiecto tempore, communis Cleri Missinensis vita, in propriam ac priuatam sensim abierit: ex pristina tamen illa diuini cultus amulatione & obseruantia non solum nihil remissum est, verum etiam semper magis ac magis creuit in eo loco religio. Argumento cuius est, quod sicut veteris Cleri Missinensis deuotione ac vitæ sanctimonia capti olim Imperatores Henrici, secundus, tertius, ac item quartus, Ecclesiæ Missinensi vltra Ottonum munificentiam, castella donarunt VVutrze, Buche, Bock, Gedau, Bresznitz, & alia non parum multa: ita etiam in cly-

Missinæ
situs.

Victoria
henrici cò
tra Hunga
ros.

Mors Hen
rici
Otto I.

Ecclesiæ
Cathedra
lis funda
tio.
Terminus
Missinensis
Ecclesiæ.

Priuilegi
um & ex
ceptio
Missinensis
Ecclesiæ.

Burckhardus
primus
episcopus.

Cleri Miss
inensis lau
dabilis cò
suetudo.

Heico, Ge
rardus, Bru
no & V Vi
tigo & Ben
no episco
pi Missin
enses.

Henrico
ri donatio

ti

Principū ti Missnæ principes, non cessante antiqua Cleri consuetudine, non cessarunt & ipsi antiquorum Imperatorum vestigia sectando Ecclesiam Missnensem in hodiernâ vsque diem semper magis ac magis ornare, varijs structuris, altaribus, sacellis, ac eorum ministris, & donarijs ex auro & argento, gemmis & alijs preciosis rebus ac muneribus. Templum enim duplo quàm olim fuerat augustius eorum opera & impensa edificatum est, iunctumque in fine sacellum, vbi Mausoleum, & communis eorum sepultura: in quo etiam veteres pendent exuuiæ, & rapta ex hostrophaea. Nec omittendum hoc in loco, quândo de incremento agimus religionis & diuini cultus ecclesiæ nostræ Missnensis, quòd cum olim certis ac statis solummodo horis diuina in ea legerentur officia, hodiè nulla hora, nullum tempus siue diurnum siue nocturnum, neque aliquod diei aut noctis spatium à cantu & Drogum Germaniæ, verum etiam vrbis Romæ basilicis & sacris ædibus omnibus non solum est: solaque ex omnibus terrenis phanis ac delubris celestem illum ac supramundanum Angelorum concentum æmulatur ac repræsentat, vbi patiter sine intermissione dulces resonare sonos, sacra nostra Theologia testante didicimus.

Nè verò cui mirum videatur quoniam tenore id fieri queat, omnem tam tenuem cultus ordinem hic opportunè subijciendum duximus, modò facessant natura, li illi critici & Latinæ linguæ pensculatores ac Momi: quoniam res ista non Tullianis Gellianisve verborum lenocinijs, sed ecclesiasticis nominibus nobis agenda erit, nè dum figuris circumlocutionibusque laboremus, obscurior interim fiat intentio nostra. Principio igitur, vt diem Atheniensem more à meridie exordiamur, vbi iam duodecima meridianis diei hora insonuit, Scholastici quidem pueri minores præcinent Vigiliis: (sic enim hodiè vocantur preces ac hymni isti, quas pro defunctis manibus Deo offerimus) quibus exactis, ilicò adfunt constituti ad hoc Flamines octo, quos principum Capellanos vocant: quia in eorum sacello primò etiam Vigiliis, indè Vesperas ac Completorium canunt Deæ matris. Hisin secundam vsque ferè horam (minoris enim solarij computum hic sequimur) protractis, Canonici & vniuersus clerus, suas etiam sine mora Vigiliis (vbi dies postulat) mox pensum legitimum, Vespertinam videlicet synaxim ac Completorium pro tempore absoluunt. Succedit his euestigio alia quædam psallentium secta, (Grabatos vulgò nuncupant eò quod iuxta grabatum siue sepulcrum principum consideant) qui & ipsi Vigiliis primò, dehinc Vesperas etiam ac Completorium alternis diebus, modò de passione Christi, modò de Compassione Virginis matris, tertio quoque die historiam Transfigurationis decantant. Et hi quidem eorum pensum vsq; in secundam aut tertiam noctis vigiliam producunt. Illis abeuntibus superueniunt Octauiani, sic dicti, quia ab octaua noctis hora inchoantes, reliquò tempus ad intempestam vsque noctem psallendo continuant. Horum laborem maior item chorus excipiens, matutinale obsequium, medio noctis silentio, canore peragit. Interim alius paratur Grabatorum ordo: qui horas suas, secundum quod vesperi ortus est, persequitur. His rursus subeunt principum Capellani, (vt eorum vtar vocabulis) Matutinas, ac reliquas Magnæ deæ horas, tum primam de ea Missam, (est id summum Christiani sacrificij genus) & item alteram pro mortuis ordine suo quotidie celebrantes. Quibus expeditis, pueri illi Scholastici in choro maiori, sicuti ferò Vigiliis, ita manè etiam mortuorum sacra facientem cantillando adiuvant. Vbi dies illuxit, Primæ ac reliquæ diuinorum horæ, vt tempus exigit, concinnè etiam aguntur. Et antè summum sacrificium, vt in plurimum duæ tresve Missæ solenniter antecedunt, glorioso Christi Corpori, aut victrici ipsius Cruci, seu dijs tutelariis (quos patronos vocant) destinata. Sacris omnibus litatis, reliquum tempus vsque in duodecimam denuò meridianis diei horam psalmodum carmine sine cessatione perficitur. Eodem momento, negotium eadem serie assiduis iteratur viciibus, damnato in perpetuum silentio.

Opus hoc tam præclarum Ernesti & Alberti fuit principum Saxoniarum Ducum & Missnæ Marchionum & cæt. Hi duo fratres clarissimi germana deuotione ac pietate, tam gratum cælo obsequium meditati, communi ære & impensa ministris horatim variantibus perpetua fundauerunt stipendia: digni ob hoc, vt qui sua tam hilariter Deo contulerunt, mercedem ab eo recipiant æterna retributionis. Siquidem in hoc veterum Germanorum principum, antiquum peros

Capella Principū.

Nota de cultu diuino, qui fit in ecclesia Missnensi die ac nocte.

Perpetui cantus ordo ac tenor.

Schotti.

Grabati.

Octauiani

Alius Grabatorum ordo.

Missæ summæ Christiani sacrificij genus.

Fundatores huius perpetuæ decantationis.

SURIUS

q. d. d. d.
"Vobis"
RVIII
5

peroszelum, quasi iam abolitum reuocantes, filijs etiam suis ac nepotibus exempla reliquerunt diuini cultus semper magis ac magis propagandi: Fuit eorum alter Ernestus scilicet Romani Imperij Elector, cui Romæ olim à Sixto quarto aurea donata rosa est: quam ille Ecclesiæ Misnensi rediens pro munere dedit: vbi inter sacras templi reliquias, quæ ibidem plurimæ habentur, & quidem preciosissimæ, dignè custoditur. Alter verò Albertus eiusdem Imperij in Frederico III. tunc ferè collapsi restaurator ac propugnator fidelissimus, nil habuit antiquius, quàm idem Imperium Romanum, veterum Germanorum virtute nobis partum, totis tueri viribus, ac ab omni externa vendicare iniuria. Pro quo neque rebus suis, neque proprio pepercit sanguini. Primus hic Frisios & sibi & Romano subingavit Imperio: cui etiam Innocentius VIII. in partibus inferioris Germaniæ tunc belligeranti rosam ex solido auro conflatam vitro transmisit, in testimonium virtutis & rerum benè gestarum. Misit & Epistolam, in qua eum dexteram Imperij manum appellans, laudibus in calum vsque extulit. Principis istius tam in pace quàm in bello virtutum ac gloriæ hic enarrare, neque facultatis nostræ est, neque præsentis instituti.

Laus Ernesti.

Præconiū Alberti.

Is Frisios Romano subdit Imperio.

Epilogus.

Ad Ecclesiæ igitur Misnensem nobis redeundum est: in cuius meditullio corpus eius, de quo agitur, venerandi scilicet patris Bennonis, omni auro ac gemmis preciosius honorificè depositum supra CCC. modò annos, crebris in Christo virtutibus ac miraculis coruscat. Id quod pensiles illic tabellæ votiuæ que mœna affatim ostentant. Cuius nos vitam, & exantlatos pro Christo labores, conuerfamque ab eo magna ex parte Sclauorum gentem, & miracula tot retrò seculis in hunc vsque diem continuata, ad honorem summi Dei conscripturi, feliciter agrediamur.

VITÆ HISTORIA.

CAPVT I. De origine & natalibus ipsius.



LITER claras Saxonie ciuitates ea, quæ nunc vulgo Hyldesheim, olim Bennopolis dicta est, à Bennone quodam (vt aiunt) conditore Phrisio: hinc diuo Bennoni nostro nomen, hinc Bennopolitano cognomen est. In ea enim vrbe à teneris annis educatus, & sacra veste indutus, in eum creuit virum qualem Deo propitio perscripturi sumus. Pater ipsius Comes fuit Saxonie, nò longè à Goslaria habitans: mater verò Bezela, quasi benè zelans seu bonus zelus dicta est. Hi ambo cum voluntatem facerent altissimi, & in lege Dei sui fideles peristerent, duos illis Dominus dedit filios: Christophorum, qui patri in Comitatu postea successit: & Bennonem hunc nostrum, qui abdicato (vt dicemus) seculo, Christi quàm mundi huius Comes esse maluit. Horum autem duorum fratrum mentionem faciunt literæ Henrici III. (quæ habentur Goslariæ in monte S. Petri, confirmatæ postea per Adolphum Regem) his verbis. Henricus diuina fauente clementia Rex: Omnibus Christi nostrique fidelibus, tam futuris, quàm præsentibus notum esse volumus, qualiter nos, ob interuentum & petitionem dilectæ genitricis nostræ Agnetis Imperatricis Augustæ, quoddam prædium, quod fuerat Christophori Comitis, suique fratris Bennonis nostri Capellani, in villa Partimles, sita in pago Northdoringen, ad altare sancti Petri, quod est in orientali plaga villæ Goslariensis, in monte qui dicitur Mons S. Petri, &c. in proprium tradidimus, condonamus &c. Data tertio die Martij, Anno Dominicæ incarnationis M. L. XII. Anno verò ordinationis nostræ octauo, Regni sexto, vitæ duodecimo. Hæc ibidem fideliter excerpta sunt. Quod autem Bennonem noster in eisdem literis Capellanus dicitur regius, causa est, quia eo tempore Canonicus fuit Goslariensis Ecclesiæ: quæ & ipsa Capella tunc regia, & Canonici ipsius omnes pro regis Capellanis (vt eorum vtat vocabulis) habiti & nominati sunt. Id quod in fra suo loco planius enarrabimus. Hæc autem idcirco hic prælibanda duxi, vt nullum lector scrupulum in ipso præsertim historiæ vestibulo relinquerem, simulque tam claros diui Bennonis natales, multis hæctenus ob vetustatem

Bennopolis nunc Hyldesheim.

S. Bennonis parentes & patria.

Literæ Henrici III.

S. Bennonis Capellanus regius.

tempo-

temporum incognitos, in lucem aliquando ederem. Ceterum priusquam vltimis progrediar, haud absurdum erit nominis ipsius rationem exponere: & quot eo nomine viri fuerint illustres, paucis saltem attingere.

CAPVT II. Quid Bemo significet, & quot eius nominis fuerint celebres.

S. Benno
Osnabur-
gensis Epi-
scopus.
Benno Ol-
denburgē-
sis Episcopus.
De mona-
sterio San-
cti Michaelis
in Hylde-
sheim.
Benno Tra-
iectensis E-
piscopus.

Bēno Dux
Saxoniae.

Benno veteri Sclauorum lingua idem esse dicitur quod latine Benedictus. Floruerunt autem hoc nomine viri non in celebres: vnus quidem Episcopus Osnaburgensis, ob vitæ meritum in Sanctorum numerum relatus. Alter Oldenburgensis antistes, vir opere & sermone potens, qui à Sclauis infidelibus sede pulsus, ad beatum Bernvardum Episcopum tunc Bennopolitanum exul & profugus diuertit: à quo benignè susceptus & hospitio dignatus, tandem in consecratione Monasterij sancti Michaelis, quod idem beatus Bernvardus sua pecunia in parte Septentrionali ciuitatis Hyldehsheimensis à fundo extruxerat, pressura populi exanimatus, in eodem loco sepultus est, non sine opinione etiam sanctitatis. Episcopium eius tractu temporis ad Lubecam ciuitatem maritimam translatus est. Tertius Traiectensis Ecclesiæ præful exiit, publicis principum conuentibus & grauioribus regni negotijs ab Henrico III. propter singularem eius industriam frequenter adhibitus. Quartus Dux fuit Saxoniae tempore Ottonis I. optimus quidem princeps, & Ecclesiarum strenuus defensor, præcipue contra Sclauos fidem nostram tunc passim oppugnantes. Alios item fuisse Bennones præter eos quos memorauimus, satis constat. Nostri tamen incepti non est singulorum nomenclaturam hinc ponere, quibus tot fuisse insignes abundè sufficit.

CAPVT III. Obiter de Sclauis.

Sclauus vn-
de primū
digressi.

Nardauin-
gi.
Rani seu
Rugiani.
Obotriti.
Brizani.
Stoderani.

Iste Aeneas
Syluius
postea fa-
ctus est Pō-
tifex, Pius
II. vocatur.

S. Benno
non fuit
Sclauus.

Quia in Sclauorum mentionem incidimus, scitu dignum est eam gentem (sive ex Scythia olim, vt sentire videtur Sabellicus, sive aliunde digressam) non solum Illyrium, Histriam & Dalmatiam, verum etiam Septentrionem versus, magnam Saxoniae partem, & omnem fere cetero rem Aquilonaris Oceani oram, ab Albi flumine vsque ad mare Balthicum armis sibi vendicasse. Quorum qui Nardauingi dicti sunt, Thetmarciam, Sturmariam, Ducatum Holsatensem, & Hamburgam ciuitatem maritimam quondam occuparunt: Rani, qui & Rugiani, Lubecam, Sunden, VVismariam & finitimas vrbes: post quos Pomerani & Obotriti, qui tunc Magnipolensis: Brizani & Stoderani, nunc Huelburgenses & Brandenburgenses: suas singuli posuerunt sedes. Qui deinde trans Albi Nisici ac Luitici, (quos Lufatios hodie vocamus) citra Albim verò vsque ad Salam Thuringorum fluuium, Sorabi appellati sunt. Omnia enim ea loca Sclaui olim sibi vsurpauerant. Sed & Bohemos ipsos & Polonos aduentitios ac origine fuisse Sclauos, Aeneas Syluius, non contemnendo inter historicos fidei author est. Quæ idcirco huic operi nostro inferenda putauimus, quoniam cum in omnibus his Christo conuertendis non pauci olim sanctissimi viri Episcopi, presbyteri ac monachi, alij alijs in locis defudauerint, donec gelidum hoc Aquilonis frigus calore verbi Dei fuerit resolutum: præcipue tamen noster hic Benno pro eis, qui vtranque Albi ripam in dicecesi sua circumfederant, ab errore suo reuocandis sedulam nauauit operam, eorumque plurimos crebris suis sermonibus ac signis ad fidem conuertit, quemadmodum suo loco dilucidè comprobabimus. Nec fugit me, ob hanc ipsam fortè causam diuum Bennonem à multis hucusque Sclauum fuisse creditum: verum falsam hanc vulgi opinionem infrà etiam diluam. Modò coeptam profequamur historiam.

CAPVT IIII. De pueritia & educatione beati Bennonis.

Bernvardus
Episcopus
Bennopolita-
nus.
Psal. 110.
V Vigerus
præceptor
Bennonis.

Editus in hanc lucem Benno noster humanæ salutis anno M. X. cum annum ætatis ageret quintum, puerulus adhuc, traditus est in obsequium præfati sancti Bernvardi Bennopolitani Episcopi: qui etiam ipse ex illustri Comitum sanguine procreatus, Bennonis nostri consanguineus fuit & affinis. Quamobrem memor illius quod scriptum est, Initium sapientiæ timor Domini: puerum ei traditum primùm omnium timere fecit Deum: eique literario mox studio eruderando, præceptorem dedit VVigerum Præpositum Monasterij sui S. Michaelis, virum moribus ac literis apprime decoratum. Sub cuius disciplina breui tantum profecit, vt optima puer indole ingentem de se spem polliceretur. Nam vt ætas illa erudita fuit, & humana colebat studia: id quod ex pluribus eius tempo-

SURIUS

q. ber
Mober
RVIII
5

ris viris discretissimis & eorum monumentis videre licet: ita VVigerus noster puerum sibi commissum non passus est a politionibus abhorreere studiis: primoque in duceendis formandisque literarum apicibus antiquis, & his quae hodie per Veneros impresores in usum fevocatae sunt, cum luculenter instituit: quemadmodum literarum manu sua conscriptae, & apud ecclesiam suam Misnensem in hodiernum usque diem servatae facile arguunt: dein de carminibus etiam eum exereuit, non tamen nisi diuinis & omni verborum obsecratione carentibus. Nec difficili puer Minerua versu iudicare & hymnos componere didicerat. Quare cum omnes, tum maxime patronum suum sanctum Bernvardum sibi plurimum deuinxerat, eratque tam caelo, quam hominibus gratissimus.

Litterae poeticae.
S. Benno verificatae didicit.

CAPVT V. De agrotatione & morte beati Bernvardi.

Sanctus vero Episcopus Bernwardus extrema iam vitae senecta febribus correptus, ad eum pertinaciter agrotare coepit, ut toto decubaret quinquennio. Quo tempore vnico illi solatio erat puer Benno, modo poetando, modo legendo, modo disputando. In primis autem pergratum illi erat diligentissimum pueri obsequium, qui nec momento quidam a senectute abiit. Cum vero iam finis instaret beatissimi patris Bernvardi, vocato puero vna cum VVigero pedagogo suo, oratione ad eum usus est huiusmodi: Vides mi fili assidua me febre confectum, & sinistra hanc corporis valetudinem & quicquid aduersi fuit ad finem usque, constanter pertulisse. Neque enim ad Deum redire possumus, nisi tribulationum & aduersitatis camino decocti. Quod si eos etiam qui recte vixerint conturbationes & dolores circumueniunt: quanto magis iusto Dei iudicio istos qui absque vilo Dei timore veluti pecora degant, & hic infelicitas occupat, & in futurum miseria. Quare si sapias, aut si per artem sapere ipse nondum potes, saltem nostris acquiesce momentis, atque hunc mundum arumnis & anxietatibus repletum, dolo, fraude, mendacijs, insidijs ac laqueis offertum, sanguine, scelere & iniquitatibus pollutum, ceu pestem aliquam contagiosam ac virulentam fuge, execrare, ac despice: Deoque soli adhare. Quod ut facilius possis consequi, & aetas tua, adhuc cetera in vitium flecti, nulla malorum hominum tabe deprauetur, ab huius praecceptoris tui latere posthac nusquam discede, eique, si me amas, in omnibus patris loco obtemperes. His dictis, manum pueri deosculatus VVigero Praeposito eum iterum atque iterum commendauit. Ipse vero rebus suis omnibus dispositis plenus dierum, diues bonorum operum, & securus paratae sibi aetherae mansionis, clausis subito oculis migravit ad Dominum, sepultus in Monasterio suo S. Michaelis, ubi & miraculis claret.

Oratio beati Bernvardi Episcopi ad S. Bennonem

Beati Bernvardi felix obitus.

CAP. VI. De dolore Bennonis & totius ciuitatis ex obitu beati Bernvardi.

Vix dici queat, quanto beati huius viri transitu cum ciuium suorum omnium, tum diui Bennonis nostri animum moerore ac luctu confecerit. Non quia gloria illi inuideret, ad quam inuitatus abierat: sed quia praenimio ipsius amore, aut ipsum adhuc viuere, aut eum eo diem obijisse malleret extremum. Cum autem VVigerus (cui tutela pueri commissa fuerat) animaduerteret eum ob immodicum animi dolorem, quem frequentes prodebant gemitus ac lachrymae, nimium macerari & contabescere, coepit blandis ipsum verbis modo consolari, modo castigare, & effrenes iuuenilis animi impetus senili grauitatis freno cohibere, asserens communem hanc omnibus esse fati necessitatem, quam neque Christus (cum solus posset) euitare voluerit: nec stendam esse muliebriter consanguinei sui mortem, quam ipse tam constanter atque aequanimiter tulerit: praecipue cum tot in Christo virtutibus ac miraculis clarus, euidentis suae beatitudinis signum post se reliquerit. Addebat homo admodum disertus, nil aliud esse mortem quam finem malorum huius seculi, & initium vitae melioris. Cuius rei gratia Gaditanos olim templi Morti & aram consecrasset, diuinosque exhibuisse honores, tanquam communi quieti & miseriarum omnium portui. Quibus verbis placatus Benno, & dolore suo aliquantisper moderatus est, & ex eo tempore vanam mortalium sortem perorsus, apud se firmiter decreuit, ubi primum per parentes sibi liceret, sacrum suscipere habitum: & in eodem monasterio quantulumcunq; vitae spatium fata concederent, Deo seruando traducere: saluberrimo profecto vitae instituto.

Gaditani Morti diuinos exhibent honores.

CAPVT VII. De Epitaphio à Bennone condito, & rigida antiquorum puerorum disciplina.

Epitaphio

146

E Pitaphion quoque tractu temporis condidit idem Benno beato viro Bernwardo, ut habetur adhuc hodie in eodem monasterio, & fratres ipsius conestantur, hoc tenore:

S. Bernwardi Epitaphium.

Hac tumuli fossa clauduntur Præsulis ossa,
Bernwardi miri magnificique viri.
Qui patriæ stemma, radians velut inclyta gemma,
Acceptus Domino, complacuit populo.
Nam fuit Ecclesiæ condignus Episcopus ille,
Quem Deus Emmanuel diligit & Michaël.
Tandem bissexis vndeno mense Kalendis
Felix hanc vitam, mutat in Angelicam.

Ex quibus quidem versiculis satis apparet, nec artis metricæ eum fuisse ignarum, nec tamen fucati carminis affectatorem, sed tenui ac simplici stylo contentum. Quod si delicatis auribus & Rhinocerotis nasum habentibus ridendū forte videbitur versiculus ille. Quem Deus Emmanuel diligit & Michaël: (ceteri enim satis bellè habent) meminerint velim, beatum virum Bernwardum diuo Michaëli singulariter fuisse deuotum, & ob hoc monasterium, sua impensa constructum, eius dicasse nomini, & ibidem voluisse quiescere. Quo bene ponderato constat, prædictum versiculum diuo Bennonino nostro non ita temere excidisse, v. prima fortassis fronte videri poterat. Sed hæc missa faciamus, quoniã qui intrus diuino aguntur spiritu, exteriorem verborum corticem floccifaciunt: & concinnã magis diligunt vitam quã orationem. Obijt autem sanctus Bernwardus anno salutis M. XXII. Quo tempore rigidissima fuit Bennopoli scholastica puerorum disciplina, quibus (vt in annalibus eorũ legitur) non solum choro, mensæ, aut dormitorio deesse, verum etiã tardius adesse, piaculum erat. Scripturam quoque quotidie Decano præsentare, & ipsos Psalmos reddere cogebantur. Nec timidius in claustro, quã in scholis manũ ferulæ subducere videbantur. Talibus igitur frenis Benno nollet cohibitus, ad oliscentiã etiam lubricum, quibus ferè omnes labimur, foriter calcavit.

Antiquæ disciplina scholasticæ rigor.

CAPVT VIII. De adolescentia diui Bennonis.

Quam fucit docilis S. Beno puer, & quibus dotibus ornatus.

Magna spei adolescens Benno, & tam corporis quã animi dotibus amabilis, præceptoris sui monita, contra eius ætatis morem ac consuetudinem, tum libèter audiebat, tum alacriter amplexabatur. Cumq; iam sub eius iugo ac disciplina ad pubescentes peruenisset annos, nulla vnquam leuitate notatus, nec alio quã communi fratrium cibo vsus, nec minori quã illi inedia ac labore fatigatus, ad omnem Christi militiam diligenter à magistro suo exercebatur. Nec grauis iuueni hæc virtutis palestra: quin lætatur magis, vbi intelligeret senioribus etiã abstinentiã ac tolerantia se esse exemplo. Sed nec amicorum dehortantium & multis eum præclarisq; conditionibus ad seculũ inuitantium verbis bland loquis, aut vlla suadendi arte eius animus immutari poterat. Soli datus iam erat supra firmam petram. Neque animo exciderat sana beati Bernwardi doctrina & vltimum vale. Accidit autem vt eodẽ tempore genitor ipsius, qui cũ propaganda stirpis gratia vehementius ad seculũ inuitauerat, ex humanis decederet: & ipse patria potestate solutus facile se speraret apud matrẽ, quam deuotam ac religiosam nouerat, intrandæ religionis veniam cõsecuturum. Sed nec amica stitit pia genitrix: quin eum vehementer inde collaudans pollicita est, tenuem ad huc Monasterij statum, suis etiam opibus haud illiberaliter fornam. Erat enim spectata religionis ac honestatis fœmina, & vt vno absoluaui verbo, tali digna filio.

Pater S. Bennonis moritur.

Laus Bece la.

CAPVT IX. De ingressu religionis.

S. Benno fit monachus. Et studia.

Xhilaratus Benno tã benigno piæ matris assensu, cum iam virili roge esset proximus, doctus à Spiritu sancto reprobare malum & eligere bonum, duodeuigesimo ætatis suæ anno sacrum suscepit habitum, & cũ eo sanctarum incrementa virtutũ: moxque professus in eo quod supra diximus monasterio Hylde sheymensi, puerilia studia & poeticas nugas postponens, sacrosancta Prophetarũ volumina & vtrunq; Testamentum, ac Patrum desuper commentaria diu noctuq; ruminabat. Orationibus, vigilijs ac ieiunijs impensius multo, quã antea vacabat. Abstrusa quoq; ac recõdita Theologiæ sententia, q; ceteris altius meditata explorataq; habebat, nõ inuitò referabat. Qui vt annales eorum

SURIUS

q. ber
Mober

RVII

5

eorū docent) sacratissimo illius eloquio, in tristitia cuiuslibet anxietatis consolati, & a laqueis antiqui hostis liberati, perpetuę vitę vias ingrediebantur. Ferunt etiam nonnulli, priusquam religionem ingressus sit, in Francia Theologię studio dedisse operam, atque in ea facultate doctoralibus insignijs fuisse decoratum. Qui honos tunc omnium fuit excellentissimus. Cui quidem opinioni non parum pręstat fidei, tum titulus Magistri, quem inter monimenta Goslarie ecclesię (vt prædiximus) adhuc hodie obtinet: tum quod plures eiusdę seculi nobiles viri ad idem Fręcię regnū sacrarum literarum gratia se cōtulerunt: quas Caroli Magni opera & impensa, Parisiensi olim Gymnasio esse inuictas satis cōstat. Quare nihil prohibet diuum Bennonem etiā post professionem ab Abbate suo istuc studij gratia fuisse transmissum. nē tamen incerta pro certis asserere videamur, nos ista in medio relinquimus.

S. Benno doctor fuit factus Theologus.

Carolus Magnus Theologię studij Parisijs instituit.

CAPVT X. De sacerdotio diui Bennonis, & electione eiusdem in Abbatem.

ATempore susceptę religionis Benno vsque in quintum & vicesimū gratis suę annū, in quo sacrum accepit Diaconatus ordinem, in oculis omnium sanctissimi mē innocentissimiq; conuersatus est. Atq; ab eo tempore vsq; ad tricesimum vitę annū semper magis ac magis in religione proficiens, humilitate & patientiā omnibus præluens, volēte & iubēte Abbate suo Adelberro, sacerdotio tandē initiatus est. Quod ille tanta cum reuerētia ac dignitate adiit, tanta munditia & puritate gessit, vt fratribus etiā stupori ac admirationi fuerit. Abiuentia autem tanta se indē macerabat, vt rarō cenam cum eis sumeret. In altari totus ardebat: nec vnquam sicis rem diuinam oculis perficere potuit. Accidit igitur, vt anno dehinc quarto defuncto Adelberro prædicto, pars fratrum Bennonem hunc nostrū, pars verō Sigebertum quandam, & ipsum quidē virum bonum, mitioris tamen vitę, & secularibus negotijs magis deditū, eligerēt. Cumq; pluribus Benno suffragijs quam Sigebertus ipse niteretur, nihilominus illi libenter ac vtrō cessi: supplicans electoribus suis, nē contemplatiuam ipsius vitā exterioribus curis ac actionibus impedirent: tribus tamen mēsis in officio stare coactus est, doncē fletibus sepe oculis vacatiōnē muneris obtinuit. Hinc est quod in catalogo Abbatum eiusdem Monasterij suo ordine ac loco itā scribitur: Benno frater ac pater noster, Abbas eligitur: sed paruo tēpore stetit in regimine, tribus scilicet mēsis: postea Missnensis Episcopus factus, miraculis claret. Illic sepultus, vbi & in præsulē est vnctus. Hęc ibi:

S. Benno Diaconus creatus.

Item sacerdos.

S. Benno nis electio in Abbatē

Multis la-chrymis rogat eius dignitatis absolutio-nem. Nota.

CAPVT XI. Qualiter Benno ex Hyldesheim Goslariam accitus, & ex Monacho Canonicus factus est.

DEposita Ecclesiastica hac præfectura, Benno noster reliquam vitā in priuato, & vel in oratione, vel lectiōe diuinā rātum modō trāsīgendam de-creuerat: verum omnipotens & gloriosus in sanctis suis Deus, qui humiles corde sublimat, & superbos de sede deturbat: non passus est candela-brum hoc lucidissimū semper sub modio delitescere. Vndē breui postea cōgigit, vt piissimus, Imperator Henricus rex III. ecclesiā Goslarie sem (cuius fundamenta iam antea iecerat Cōradus decessor ipsius siue pater, siue socer) magnifico ac regio cul-tu absolutā dedicari faceret per manus beatissimi Pontificis Leonis IX. præsentibus ibidem Cardinalibus, Episcopis, & Abbatibus, numero LXXIII. Quam quidē ecclesiam cum idē Imperator dignissimus specialē deinceps (vt suis vtrar verbis) Imperij Capellā, & Canonicos ipsius Capellanos regios (vt supra prælibauimus) passim haberi & nominari veller: exactam dedit operam, vt viros tanto honore dignos, & tam literis quam sanctę conuersationis moribus probatos eidem ecclesię præficeret. siquidem illic etiam Regni sedem constituerat. Lecti sunt igitur ex omni fere Germania viri cum doctissimi, tum religionis obseruantissimi: inter quos & venerabilis noster Benno maximis Imperatoris precibus, annuente & iubente præfato summo Pontifice, vix tandem monasterio suo extractus, ac dicta Goslarie ecclesię (quatenus nouę congregationi spiritalis armaturę dux esset, & ecclesiasticę eam disciplinę tyrocinis erudiret) in Magistrum ac Canonicum præfectus est. Quam laudabilem verō ac sanctam olim vitam duxerit prima ea Goslarie Canonico-rum congregatio, documento esse potest, non solum id, quod plures ex eis diuorum numero adscripti, pluri mi beatorum appellatione (dum adhuc viuerent) dignati sunt: verum illud etiam memoratu dignissimum, quod cum in potestate Imperatorum adhuc esset Episcoporum designatio, pauci aliunde quam ex eadem regia (vt dicebatur) Capella, tam sub prædicto Henrico III. quam filio

Luc. I.

Henricus III. Nota. Leo IX.

Goslaria Regu Capella.

S. Benno fit Goslarie ecclesię Magister & Canonicus. Nota.

ipſius III. & nepote V. æquiuoci nominis regibus, ad quæcunq; etiam Episcopia conſcenderint, quod vt exemplo res agarur, nomina eorum, tum ſedum etiam, ad quas quiſq; ſublimatus eſt, ſequenti capite non indignè nobis recenſenda veniant.

*CAPVT XII. Nomenclaturam continet Præpoſitorum & Canonico-
rum Goſlarieſium, eorumq; ad diuerſa loca promotiones.*

R Vmoldus I Præpoſitus, poſtea Engelhardus II. Præpoſitus	Conſtantiensis Epicoſus.
Guntherus III.	Magdeburgenſis Archiepiſcopus.
V Vernherus III.	Bambergeniſis Epicoſus.
Anno V.	Merſeborgenſis Epicoſus.
Bibo VI.	Coloniensis Archiepiſcopus.
Bruno VII. Præpoſitus.	Tullonenſis Epicoſus.
Otto VIII.	Herbipolenſis Epicoſus.
Suiderus IX.	Rauennatenſis Epicoſus. (mens II.
Hartuicus X.	Bâbergenſis Epicoſus, poſtea Papa Cle.
V Wilhelmus XI.	Magdeburgenſis Archiepiſcopus.
Bertoldus XII.	Vcronenſis Epicoſus.
Arnoldus XIII.	Interamnenſis Epicoſus.
Bruno XIII.	Patauienſis Epicoſus.
Geroldus XV.	Vercellenſis Epicoſus.
Crafft XVI.	Rauennatenſis Epicoſus.
Benno Magiſter	Miſnenſis Designatus.
Robertus XVII. Præpoſitus	Miſnenſis Epicoſus.
Matro XVIII.	Bambergeniſis Epicoſus.
Herebertus XIX.	Verdenſis Epicoſus.
Eckhardus XX.	Leodiensis Epicoſus.
Gotfridus XXI.	Poloniensis Epicoſus.
Eppo XXII.	Ratiſponenſis Epicoſus.
Vdalricus XXIII.	VVormaticenſis Epicoſus.
Cono XXIII.	Argentinenſis Epicoſus.
Cunradus XXV.	Friſingenſis Epicoſus.
Landolfus XXVI.	Traiectenſis Epicoſus.
Ricolfus XXVII.	Treuerenſis Archiepiſcopus.
Erpho XXVIII.	Moguntinus Archiepiſcopus.
Henricus XXIX.	Monasterienſis Epicoſus.
Hertzélinus XXX.	Auguſtenſis Epicoſus.
Henricus XXXI.	Hyldeſheimenſis Epicoſus.
Eylbertus XXXII.	Paderbornenſis Epicoſus.
Litmarus Magiſter	Numenſis Epicoſus.
Hildolfus Magiſter	Hamborgenſis Archiepiſcopus.
Adelhogus XXXIII. Præpoſitus	Coloniensis Archiepiſcopus.
Eckhardus XXXIII.	Hyldeſheimenſis Epicoſus.
Cunradus Canonicus	Spirenſis Epicoſus.
Lutolfus Canonicus	Hyldeſheimenſis Epicoſus.
Iohannes Magiſter	Halbertatenſis Epicoſus.
Rudolphus Vicedominus	Halbertatenſis Maior Præpoſitus.
Cunradus Canonicus	Suerinenſis Epicoſus.
Valentinus XXXV. Præpoſitus	Magdeburgenſis Archiepiſcopus.
Guntherus Canonicus	Mindenſis Epicoſus.
Sigifridus XXXVI.	Magdeburgenſis Designatus.
Arnoldus XXXVII.	Hyldeſheimenſis Epicoſus.
Iohannes Canonicus	Bambergeniſis Epicoſus.
Henricus Canonicus	Hauelbergenſis Epicoſus.
	Hauelbergenſis Epicoſus.

Hos & alios antiquæ Goſlarieſis eccleſiæ Præpoſitos & Canonicos ad tam diuerſas Italia, Germania & Galliarum ſedes, Imperatorum olim nutu deſtinatos Epicoſos, qui latiùs videre cupit: apud eandem eccleſiam inueniet ſimul cum alijs vetuſtatis monumentis digniſſimis. Ad Bennonem noſtra feſtinat oratio.

CAPVT

SURIUS

qber
Kober

RVIII

5

Decem & septem annos venerabilis Benno noster Goslariæ conuersatus est: quibus se in omni genere virtutum spectabilem præbuit, egitq; Canonicum ac Magistrum omnibus numeris absolutum crebris vigilijs, frequētia inedia, assiduis orationibus, tum largis patrimonij sui eleemosynis. De dit enim ex bonis suis hæreditarijs prædictæ ecclesiæ Goslariensi, non pauca prædialia, molædinas domos & census etiam perpetuos. Quibus omnibus Canonici eiusdem ecclesiæ in hodiernum vsque diem vtuntur, & quorum desuper literas, monumēta ac diplomata penes se habent reposita. Quamquam autem vir beatissimus Benno omnium eorum qui suo tempore secum in ecclesia Goslariensi Deo militauerant, non vulgarem meruit gratiam eò quòd esset rectus ac integer, fraternæque pacis ac domesticæ concordie vehemens amator: præcipuè tamen illi cum beato Annone Goslariensi tunc Prapposito, postea verò Colonienſi Archiepiscopo ar. d. s. Benno- nis libera- liras circa ecclesias. Conuer- satio eius inter Ca- nonicos. Anno Præ- positæ, post Colonien- sis Archie- piscopus. Pgal. 132. Colof. 2.

Ar. d. s. Benno- nis libera- liras circa ecclesias. Conuer- satio eius inter Ca- nonicos. Anno Præ- positæ, post Colonien- sis Archie- piscopus. Pgal. 132. Colof. 2.

CAPVT XIII. De uocatione Annonis ad Colonienſem & Bennonis ad Missnensẽ Ecclesiam.

Anno salutis M. LV. beatissimus Anno per Henricum III. prædictum, magno bonorum omnium assensu, Agrippinæ vrbs sedem adeptus est, vir qui tot Rerum pub. turbationes & incēdia, quor suo tempore in Imperio passi- sim extiterē, solus vel æquanimiter ferre, vel ab vrbe sua singulari prudētia nouerit arcere. Valde dicēs igitur charissimo amico suo Bennoni, Maeste virtute esto, inquit, frater, nec putes velim, me tu fore immemorem, quin cœptam inter nos necessitudinem, vbi præsentia nequimus, saltem literis fouebimus. Annonem igitur, vbi cunquē fuerit, tuum esse puta. Nec id tā humaniter pollicitus est, quam euentu postea explanauit. Mortuo enim paulo post Imperatore præfato, regnum filio suo Henrico III. Aquisgrani, non ita multo prius inuncto, cōcessit. Qui cum adhuc puer esset, apud matrem Agnetem Imperatricem aliquamdiu educatus est: breuique post tempore in tutelam venit præfati Annonis Colonienſis Antistitis, quibus ex causis, scriptores variat: neq; huc pertinet. Certum tamen est, donèc Rex pueriles absolueret annos, summam rerum cōsensu omnium apud Annonē resedisse. Qui vacante sub id tempus Ecclesia Missnensi per obitum Crafft Goslariensis paulo antè Prappositi, facile effecit, vt eadem Ecclesia Missnensis veteri amico suo Bennoni, cuius vitæ innocentiam & dignitatem dudum exploratam habebat, etiā nihil tale cogitanti cōmitteretur: Renitentemq; (amore fortassis contemplatiuæ vite) literis vt pusillanimum vehementer increpauit, & ad suscipiendū episcopium adhortatus est: asserens, satis iam satis spectatam esse Goslariæ virtutē suam. Neq; sanctissimos Apostolos olim vno semper in loco consenuisse: sed modò huc, modò illuc per mare, per terras, diuinæ plantationis furculos circumtulisse. Caueret igitur, nè talentum sibi traditum, quum Missnæ modò propter vicinam & incredulam Sclauorum gentem duplicare posset, abscondere potiùs, & labores pro Christo n 3 fugere

Actiue & contemplatiue vitæ necessaria coniunctio.

S. Benno Missnensis episcopus.

fugere videretur. id quod magis ignaui animi quàm religiosi esset indicium. Sic enim contemplationi vacadum esse, vt ab actione, in qua virtutis laus omnis consisteret, animus torpore non abhorresceret. Sicque amandum esse Rachelis pulchritudinem, nè Lia interim fecunditas haberetur despectui. Quemadmodum enim stella à stellis differentes vnam cæli faciem decentissimè pingerent: ita Ecclesia Christi vni & soli vtranque tam actiuam, quàm speculatiuam vitam, non solum ornamento ac decori, verum etiam quam maximè esse necessariam. Quibus verbis non tam persuasus quàm veluti compulsus Benno, oblatam tandem suscepit prouinciam. Non ignarus tamen (diuino reuelate spiritu) quibus exagitandis fluctibus, quantasque in episcopatu tribulationes & aduersitates toleraturus esset. Ad quæ omnia voluntariam se Deo hostiam obtulit.

CAPVT XV. De consecratione beati Bennonis in Episcopum, & primo in ciuitatem suam aduentu.

Ab Episcopo Magdeburgensi consecratur.

HVmana igitur reparationis anno M. LXVI. venerabilis Benno noster à VVernhero Magdeburgensi Archiepiscopo pontificali veste induitur, olei sacri liquore perfunditur, & inclat nostræ Missnensis Ecclesie præfuldecimus à Burckhardo primo eiusdè pastore præficitur. Benedictione igitur de more percepta, mox Missnam acceleranti totius vrbis clerus ac populus gratulabundus venerabundusque occurrit: & in ecclesiam maiorem festiuiter adductum, in sede eum pontificali collocant magno omnium plausu & ingenti totius ciuitatis gaudio. Ipse verò intra se habitans, præsentique honore nihil elatus, illud semper in ore habuit, tacitoque sub pectore voluit: Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Memor præterea illius quod scriptum est, Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum, vt offerat dona ac sacrificia pro peccatis: Primò omnium in conspectu totius populi sacra solenni more celebrauit tanta deuotione, tantoque lachrymarum fonte, vt sicis eum oculis hi quibus etiam saxeæ erant corda videre non possent. Sacris verò in medium deductis, ad plebem conuersus, populari primò lingua de Christi anæ fidei præstantia ac dignitate, de colendo summo ac vero Deo, beatorumque spirituum gaudijs, & malorum tormentis graphicè, magna que admiratione omnium elocutus est. Deinde ad Canonicos Clerumque sermonem dirigens, tali eos oratione affatus est: Quando à Deo factum est, viri fratres, ac domini, vt neque cogitanti mihi neque ambienti hic locus (quod nobis felix vtrinque faustumque maneat) destinatus sit: ego deinceps Ecclesie huic vestræ dignissima, eiusque commodis ac honori hanc animam, & quidquid in me est (quod noui quàm sit exiguum) totum polliceor ac deuoueo. Neque vllus mihi labor grauis erit, nec amara pericula, quæ nobis tamen charissimi fratres (nisi ex alto Deus auerterit) & multa & magna imminet: dummodò vestram, huiusque mihi commissa Ecclesie salutem, honorem ac commodum (ita vt bonum decet pastorem) omnibus modis, & pro virili promoueam. Pro quo neque potentium timebo minas, neque rerum admittendum, aut huius etiam corpusculi iacturam magnificiam. Vos autem orationibus ac precibus vestris me adiuuabitis. Summo opere enim mihi placet deuotio vestra, & benè instituta religio: quæ à decessoribus meis sanctissimis proculdubio vris tam decenter ordinata (Deum Opt. Max. oro ac obsecro) meo etiam tempore in peius non labatur, sed pro laude ac gloria ipsius semper magis ac magis crescat in hoc loco: vt pro communi tandem labore & vita benè acta communem mereamur simul ingredi lætitiæ, & optatæ beatitudinis consequi mercedulam. Sic factus, & adstantibus lachrymas excussit, & ipse etiam flentibus oculis ad perficiendam sacra cœpta reuersus est.

Psal. 113.

Hebr. 5.

deuotio & lachryma eius.

Oratio eius ad populum & Clerum

Eccè verum pastorem.

CAPVT XVI. De moribus ipsius in Episcopatu, & cura circa rem diuinam adhibita.

Pietas eius erga pauperes.

Vetus prouerbiū est: Magistratus virū ostendit. Et profectò quanta fuerit prudentia beatissimus noster Benno, quàm prouidus in cōsilio, quàm iustus in iudicio, non antè apparuit, quàm in tanto fastigio constitutus est. Neque enim à dextris, neque à sinistris recedens, omnia quæcunque verbo monuit, factis ipse adimpleuit. Non pomposus, non elatus: sed opera sua multa erga pauperes pietate ornabat. Suū hoc solum esse ratus, quod nudus inops-

SURIUS

qber
Mober

RVII

5

DE S. BENNONE EPISCOPO MISNENSI.

que in hunc mundum venisset. In primis cum ecclesiasticarum rerum & diuini cultus sollicita illi cura fuit. Vnde cum antiquorum more irregularis adhuc esset in ecclesia Misnensi cantus, (id quod alijs etiam in locis videre licet ex antiquissimis quibusdam Gradalibus & Antiphonarijs (vt vocant) in quibus vnica, aut etiam nulla interdum linea, paucisque ac indiscretis notulis contenta fuit antiquitas) Benno noster data opera regularem ac legitimum canendi vsu iuxta Hyldeyheimensis ecclesie ritum ac consuetudinem, ad Misnam primus traduxit: scilicet que vt concinne atque eleganter in hodiernum vsque diem canetur, quicquid ipse instituit. Quas enim nouas & exoticas quasdam hodie canunt historias, noster otericorum inuentum est, musice artis lege modoque carens. Hanc Hyldeyheimensis & Misnensis cantus analogiam & conuenientiam (siue festiuo, siue simplici more diuina peraguntur officia) primus omnium deprehendit venerabilis & egregius vir, Dominus Iohannes Hennig sacre Theologie Professor, & dicta ecclesie Misnensis Decanus dignissimus: cui nuper Saxones perlustranti harum rerum gratia comes destinatus sum: vbi & a Saxonibus viris dignissimis perbenigne excepti sumus, & ea pleraque omnia que hic inserta partim oculis vidimus, partim ex literarum hausimus monumentis. Sed hæc & alia dignissimus pastor Benno circa cultum diuinum in ecclesia sua Misnensi prudenter ordinauit & constituit. Erat enim ceremoniarum omnium doctissimus, & circa rem diuinam ab infantia versatus. Nec quicquam eum latebat quod ecclesiasticę inter-
 esse disciplinæ.

CAPVT XVI. De cura lustrandę sue dioceseos, & his que ad animarum attinent salutem.

Diuinis recte se habentibus, mox animum adiecit beatissimus Pontifex ad visitandos singulos dioceseos sue pagos & oppida, omnesque ecclesias & earum Rectores, id quod etiam quotannis in propria personavicitim oftiatimque sedulo facitabat. Proinde circumspectus vtrinquæ animarum saluti modo in Presbyteris, vt & verbo docerent, & opere doctrinam suam comprobarent: (ne forte alijs prædicantes, ipsi reprobifacii, auditoribus vilescerent) modo in subditis, vt dicto sacerdotum suorum obtemperantes, verbum salutis, & quicquid ad fidem attinet, diligenter ab eis discerent & obseruarent. Quod si quos eo modo se habere comperit, vehementer laudauit: Sin secus, leniter corripiendo in melius immutauit. Tanta autem gratia præditus erat, tantoque inter pauperes ac diuites æquilibrio se partiebatur, vt passim eum omnes amarent: eiusque monitis obtemperantes, pacifice inter se viuerent, & fraternose inuicem amore diligerent. Verbum Dei quoque ita luculenter, ita suauius tractabat ac prædicabat, vt per multa etiam miliaria, eius audiendi gratia, confluerent. Habuit autem vir Dei in singulis dioceseos sue plagis castellum vnum, in quo visitationis sue tempore diuenteret. In Oriente videlicet & superiore Lusatia, Gedau, in Meridie Bresnitz, in Occidente Neoburgum vulgò Naumburg, ad Aquilonem verò non longè ab vrbe Misnensi Zscheylau, vbi hodie etiam Collegiata habetur ecclesia. Propter frequentes enim barbarorum incurfus & hostiles vastitates, raræ tunc erant vrbes in terra ista. Nam & Stolpen & Vvurtzen ac Moegeln oppida multo post tempore in potestatem venerunt Misnensis Ecclesie. Prædicta verò castella, Bresnitz, Gedau, & alia non parum multa Henricus Imperator secundus, is qui diuorum numero postea adscriptus est, & ab Italis primus habetur, Ecclesie Misnensi olim dono dederat, ob preces Eiconis tertij Misnensis Episcopi. Qui & ipse excellentis meriti præsul vitæ sanctimoniam certis indicauit miraculis, quæ post obitum suum comperta & literis mandata sunt, cuius gloriosam vitam Dietmarus Merseburgensis olim Episcopus tam deuotè quam eleganter scriptauit. Quare non est quod diutius hic immoremur. Benno enim non Eiconis res aguntur. Quod si vacaret, memorari possem vtique complures Misnensis Ecclesie Antistites, tantæ olim fuisse religionis & munditiæ, vt beatorum appellationem (dum etiam viuerent) haud dubiè meruerint. Verum habenda nobis ratio est, nè longius euagantes, & cœpti operis seriem interrumpamus, & lectorem simul tadio conficiamus.

Hyldeyheimensis & Misnensis cantus concordant.

Cultus diuini ab eo mirè attingitur.

Visitat omnes suas dioceseos ecclesias.

Gedau, Bresnitz, Naumburg, Zscheylau.

Henricus II. Sanctus.

Eico Misnensis Episcopus.

Dietmarus Merseburgensis Episcopus Eiconis vitæ descripsit.



CAP. XVIII. De incremento bonorum etiam temporalium sub diuo Bennone.

Bona temporalia sua ecclesie vt augmentauerit.

Borr militaris multa ei bona offert. Item Henricus III. Item Bezela meter Bennonis.

S. Benno quare a quibusdam creditus fuerit Sclauorum.

Compositis his quæ ad diuinum cultum & animarum attinent salutem, sanctissimus præful Benno, animaduertens ecclesiastica stipendia propter vicinorum, modo Sclauorum, modo Boëmorum improbitatem & predandam consuetudinem, non parum esse extenuata: sedulam etiã adhibuit curam, ne ecclesie suæ, vel ad diuinum cultum, vel ad alendos pauperes quippiã deficeret: vnde apud eos quibus ipse caelestia feminabat, temporalia ecclesie subsidia suo quodam iure confidenter postulabat. E quibus Borr quidã equestris ordinis vir magna deuotionis, non pauca illi de bonis suis donauit, & Ecclesie Missnensi perpetuo iure oppropriauit. Similiter & Henricus III. eius nominis Rex, dum adhuc iugo esset beati Annonis Colonienfis Antistitis Ecclesie Missnensi, nonnulla prædia ac bona, iuxta regiam munificentiam liberaliter concessit. Sed & Bezela meter diui Bennonis, distractis omnibus bonis suis, filii post adeptum episcopatum huic etiam secuta erat. Cui ille castellum Gedau habitandum indulfit, & quoties ibidem visitationis suæ munere fangeretur, anili & decrepiti muliercula multo erat solatio. Quæ etiam adhuc viuens, & deinde post obitum suum (breui enim post defuncta est) Ecclesie Missnensi, quicquid ex dotarijs, paraphernalibus aut alijs quibuscuque bonis relinqueret, testamento legauit. Ex quibus eidem pientissimus natus perpetuam apud ecclesiam suam memoriam, & Dominicale illud officium, quod Dominico quoque die ibidem peragunt, comparatis ad hoc censibus, instituit. Inualuit inde rumor apud posteros, (vt supra innuimus) diuū Bennonem nostrum in Gedau fuisse natum: quoniam memoria proditum foret, & incolis in hodiernum vsq; diem etiam constat, marrem suam in Gedau aliquando habitasse. Verum falsam hanc imperita plebis opinionem facile explodit, tum nomen ipsius Benno à Bennopolia patria ei inditum, tum antiquissima Hyldeheymentis & Goslarientis monasteriorum monumenta supra per nos exhibita. Non solum autem his & alijs incrementis ac bonis, beatissimus pontifex, Benno Ecclesiam suam Missnensem locupletauit & auxit: verum etiam ea quæ tempore suo eidem vi & iniuria sunt ablata, sub anathematis ac cepit diuinæ vindictæ imprecationibus restituere ac refarcire cepit: de quo etiam infra suo loco singillatim commentabimur.

CAP. XIX. De conuersione Sclauorum, & impedimentis tam sancti operis.

Henricus III. Sclauos tributarios facit.

Radigast.

Svanthevvitz Sclauorum deus.

zeernebock idolum.

S. Benno sua predicatione eos ad Christum conuertit.

Supra memoratum est, Sclauorum ingentem multitudinem gentili errore vagantem in diocesi olim Missnensi tam vltra quam citra Alsim fluium defedisit. Quos & si Henricus Rex III. piissimus epitheto perpetuo Imperator, non ita multo prius, quam episcopatum Benno susceperat, tributarios Imperio fecerat, & ad suscipiendam Christi fidem magna ex parte compulserat: plerimi tamen ex eis retrospectentes pagano ritu, honorem quem Christo debebant, idolis reponentes, relicta pietate fidei, antiquis se erroribus denuo inuoluerant. Ex quibus Radigast in magna apud eos veneratione erat. Inter omnia autem numina primatum tenebat Svanthevvitz: quem Deum deorum esse profitentes, ex ipsius oraculis & responsis res cunctas gerebant. Est autem Svanthe Sclauica lingua idem quod sanctum: VVitz verò lumen interpretatur. Cumque magorum constans sit sententia, dæmonia omnia sanguine inuitari: Sacerdos tamen Svanthevvitz suis persuadebat, hunc nisi Christiano cuore placari non posse. Vnde quod abominabile etiam dictum est, illi quotannis hominem Christianum, quemcunque fors obiecit, litare consueuerant. Atrum enim dæmonem, cui nomen Zeernebock, in cuius potestate mala esse credebant, deuotius honorabant, noxia deprecantes. Zeerne enim nigrum, Bock verò siue Bohu Deum apud eos significat. His singulis singuli dicati erant Flamines, & varia sacrificiorum libamenta, tum multiplex religionis cultus. Quæ tanquam superstitiosa & relatu indigna consulto præterimus. Ingemiscens igitur pientissimus pater Benno, miserum populum dæmonum præstigijs ita rapi præcipitem, officij ac debiti pastoralis esse ratus est, cæcis lumen, agris salutem, & errantibus viam ostendere. Cui quidem tam sancti operi cum serotum deuouisset, & sapienter quidem primò lenia vlnerebus fomenta adhibens, plures indies comitate sermonis sui ad Christum reduceret: insidiator diabolus molestè ferens inauthoratam sibi plebem, mystica adspersi vnda, & à castris suis fieri transfugam, (permittente Domino, quò virtus serui

SURIUS

qber
Nobis
RVIII
5

ferui Dei humanæ vitæ fluctibus agitata magis inclaresceret) aliud illi negotium fecit, tantisque eum impulit tempestatibus & procellis, vt relicta Sclauorum cura coactis sit vela ventis committere. Et quia summa ipsius virtus & constantia tunc potissimum spectata fuit, (quandoquidem explorant aduersa viros) idcirco non iniucundum fore puto, si statum eorundem temporum explicauero. Non enim parum refert (vt dici solet) in quæ quisque tempora incidit.

CAPVT XX. De captiuitate & exilio diui Bennonis.

Omnium primum tempestuosa ea reddidit tempora, famosissimum illud Saxonicum bellum, quod cum Henrico III. magna vtrinque animi perniciacia gestum est. A quo licet Benno noster innocuas habuerit manus, vicini tamen incendij flammæ euadere non potuit: vel ob hoc vnum, quod &

ipse ex primario Saxonum sanguine, qui Regi penitus inuisus erat: siue (quod magis credam) quia Deus vas suum ita voluit tribulationum camino excoquere, & velut auram in igne probare. Permisit enim vt à prædicto Rege innocentissimus præful nullo suo delicto, caperetur, & in exilium mitteretur. vbi & ceteri seruabantur principes, videlicet Magnus & Hermanus Saxoniarum duces, V Vetzilo (qui & V Vernherus) Magdeburgensis Archiepiscopus, Burckhardus Halberstatis, & V Vernherus Merseburgensis Episcopi, Fridericus Comes Palatinus Saxoniarum & plerique alij primores viri, quorum omnium propter implacabilem Regis iram, nulla erat salutis spes, nec alia quam vel citæ mortis vel perpetui carceris expectatio. Benno verò neque de vita sua, neque de captiuitate sollicitus, solius Ecclesiæ suæ casum inconsolabiliter, & causas tantorum malorum tam verissimè quam breuissimè paululum hic deflebat: eo quod iratus Rex eam ipsam etiam per Burckhardum quemdam ferocem & militaris audaciæ hominem miserè vastauerat. Paulò enim ante id tempus diem obierat Dedo Marchio, relicto Henrico filio adhuc puero: quem Rex obsidem secum abduxit, & in aula regia educari fecit. Dicitur verò Burckhardum præfectum Misniæ constituit, vt Marchiam interim in fide sua contineret, do nec infans adolefceret. P. uisus autem vastationis meminuit Lampertus Herueldensis monachus nobilis historiæ scriptor, vbi de expeditione loquitur Regis prædicti. Qui simulato in Hungariam itinere, exercitum per Boëmiam & Marchiam Misnensem Saxonibus improuisis superinduxit, volens eos inter oscitantes (vt dici solet) opprimere. Sunt autem hæc Lamperti verba: Peruenit igitur Rex vsque Misnensem, urbem sitam in confinio Boëmiæ & Saxoniarum: vbi à ciuibus pacificè in ciuitatem susceptus, Episcopum ciuitatis ipsius comprehendit: omnia quæ eius erant diripuit: hoc solo reum maiestatis adiudicans, quod toto tempore belli Saxonici nullos ad eum seruare erga Remp. fidei indices nuncios vel literas destinauerat. Cæterum homo ecclesiasticæ paupertatis & nihil aut parum habens pompe militaris, vota forsitan contra Remp. facere, aut arma ferre non poterat. Nec magnum vel his vel illis partibus momentum, amicus & inimicus exstitisset. Hæc Lampertus noster ad verbum. Quibus amplum satis testimonium diuo nostro Bennoni perhibet, virum eum fuisse ecclesiasticæ paupertatis: neque diuitijs inhiasse, neque gloria: nec belli sed pacis fuisse amicum.

CAPVT XXI. Gregory VII. & Henrici quarti digladiationem continet.

Alterum eius tempestatum exitum fuit eiusdem Henrici III. cum Gregorio VII. calamitosa seditio. Ex qua etiam sancto viro Bennoni non parum succreuit laboris & periculi. Discordantibus enim inter se summis orbis cardinibus, facta est confusio elementorum, hoc est, Prælatorum inferiorum: & percusso pastore, dispersæ sunt oves gregis. Nam ex omnibus Germaniæ Episcopis per pauci inuenti sunt, qui Romano Pontifici tunc integram seruarent fidem. Equibus fuisse Anno Colonienfis, V Vecilò Magdenburgensis, Bucco & Burckhardus Halberstatis, V Vernherus Merseburgensis, & Benno noster Misnensis: ceteri ferè omnes regias partes secuti sunt. Omissio igitur paulisper Bennone, huius etiã tam perniciosæ dissensionis causas breuiter reponã. Defuncto Alexandro II. successus est ei Gregorius prædictus, cui Hildebrando antea nomen fuit: & quia inconsulto Cæsare, solis scilicet Romanis fauentibus, ad Apostolatus apicem conscenderat, hinc primum contra eum accusationis caput sumptum est. Mos enim tunc erat: ne quis pro Romano Pontifice saluaretur, nisi quæ Imperatoria destinasset

Inuidia diabolici impetum direxerunt in salutem suam.

S. Benno de prima rino Saxoniæ sanguine proge-nitus. Principes Saxoniarum captiui.

Vastatio ecclesiæ Misnensis.

Dedo Marchio. Henricus Marchio.

S. Benno innocentissimè comprehenditur.

S. Benno vere pauper Euangelicus.

SS. Annonis, Benno nis & quorundam Episcoporum fidei vicariis Malo mos regali potentia in ecclesiam introdu-ctus.

set

set probassetve autoritas. Secundo inuidiam etiam Pontifici peperit maximam id, quod duobus maximis Sacerdotum vitijs extirpandis, Simoniacæ videlicet prauitatis & lasciuia, tam constantem nauabat operam, Concubinariorum & Simoniacos omnes passim anathemate feriens. Sed & Casarem ipsum ob eandem causam, ad synodalia responsa sæpè frustra vocatum, tandem cum purgare se nollet, ab Ecclesia primùm, Petri amputauit gladio: deinde regno etiam exaurhorauit, a dempta omni regia administratione, & absolutis fidelitatis sacramento subditis. Quare confusus Imperator, habito apud VVormatiam concilio secum sententiam Episcoporum, Pontificem vice versa deposuit. Dataque sunt ad eum literæ conuicijs plena: quibus ut seipsum Pontificatu, quem vi fraudeque rapuisset, vitro abdicaret, proteruè mandatum est. Eò vesania Imperator induxerat cæca sacerdotum (qui tunc frequentes apud eum erant) libido. Timebant enim, si cum Pontifice in gratiam rediret, actum esse de concubinis suis, quas illi pluris quam vel propriam salutem, vel publicam pendebat honestatem. Cæterum quam indignè Gregorium sugillauerint, documento esse potest electionis suæ formula, quam Platina & Blondus Flauius Apostolici scriptores adnotauerunt his verbis: Nos Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, clerici, acolythi, subdiaconi, presbyteri, præsentibus episcopis, abbatibus, multisque tum ecclesiasticis, tum laici ordinis, eligimus hodie X. Kalend. Maii in basilica sancti Petri ad Vincula, anno salutis M. LXXII. in verum Christi Vicarium Hildebrandum Archidiaconum, virum multæ doctrinæ, magnæ pietatis, prudentiæ, iustitiæ, constantiæ, religionis: modestum, sobrium, continentem, domum suam honestè gubernantem, pauperibus hospitalem, in gremio sanctæ matris Ecclesiæ liberè à teneris annis educatum. Quem quidem cum ea potestate Ecclesiæ Dei præesse volumus, qua Petrus mandato Dei quondam præfuit. Hæc illi. Quam quidem optimam de se existimationem pius Pontifex nequaquam sefellit, sed ad finem vsque legitime certando perduxit. Undè addit Platina in calce rerum ab eo gestarum, quod demùm in Salerno moritur, vir ceterè Deo gratus, prudens, iustus, clemens, pauperum, pupillorum & viduarum patronus: atque vnicus Ecclesiæ Romanæ & acerimus defensor, contra hereticorum improbitatem, & malorum principum potentiam, res ecclesiasticas per vim occupare conantium.

CAPVT XXII. De liberatione beati Benonis, malitiæque & miserabili exitu Buckhardi præfecti.

His igitur temporum ardoribus, cum Pontifex omnes tam ecclesiasticos, quam seculares principes, quibus cum Rege commercium erat vllum, dirissimis Ecclesiæ vinculis colligasset, contraque Imperator aqua & igni interdiceret ijs, qui Pontificis dicto parerent: adeo scissa est Ecclesia Dei, & regnum in se diuisum, vt grauioribus inter Sacerdotium & Imperium odijs nullo vnquam tempore laboratum sit. Vterque enim, tam Pontifex quam Imperator, hic pro terreno, ille pro Dei regno causam suam constantissimè agens, litem non nisi cum morte diremit. At verò Imperator, vbi intellexit principum animos sub religionis prætextu sensim ab eo deficere: dissimulato ad præsens odio, quod contra Saxones alebat, captiuos eius gentis (inter quos & Benno erat) deditioe absoluit, & ad sua impunè redire permisit: nihil aliud imperans, quam vt tanti beneficii memores integram sibi deinceps seruaarent fidem, & communis regni causam secum contra Pontificem defenderent. Illi abeuntes polliciti sunt, quoad iuste Imperium administraret, & Ecclesiam Dei persequi desineret, se eius commodo & honori nusquam desuturos. Qualem se verò deinde idem Rex, tam erga Sacrosanctam Apostolicam Sedem, quam passim in Imperio exhibuerit, apud alios videre licet. Ad nos enim nihil attinet, nisi quantum diui nostri Benonis interest. Rediens igitur beatissimus pastor Benno ad Ecclesiam suam Missnensem, desolatam vastatamque inuenit, quam tanto prius studio ac decore ornauerat. Quæ quidem calamitas quantum a maior illi esset, quam vel carceris vel exilij poena fuisset: spem tamen vultu simulans, premensque alto corde dolorem, fratres suos Canonicos stentibus illi oculis obuiam factos, & fortunas suas querulantes, benignè amplexus atque consolatus est, iterum atque iterum illud ore repetens: Dominus dedit, Dominus abstulit.

Cæca libido omnem subuertit iustitiam & propriam negligit salutem. Electio Gregorij septimi.

SURIUS

g. ber
kober

EVIII

5

S. Benno captiuus, suæ Ecclesiæ restituitur.

A suis Canonicis benigne suscipitur. Iob. 1.

Sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum. Nec mora, quin ilico infracto sese animo ad restaurandam ecclesie suae ruinam totis viribus conuertit. Et nisi illi improbitas obstitisset Buckhardi praefecti Misnensis, (cuius supra etiam meminimus) facile ablata omnia recuperasset. Erat idem Buckhardus ingenio malo, prauaque natura praeditus, lingua praeterea ac manu promptus. Cumque magis Caesaris, quam Dei sui mandata obseruaret, beato viro Bennoni multas intulit molestias, piosque eius conatus, quibus potuit artibus, sefellit. Non tamen impune. Nam scelorum suorum mox iustas dedit poenas, a subditis suis propter crudelitatem & saeuitiam miserè necatus. Equus enim in quo fugam sperabat, alioqui celerrimus, tunc cum inuaderetur, calcantibus utrunque admotis, pedem mouere nequiuir, donec seffor frequenti vulnere confossus miseram exhalauit animam. Atque hunc in modum liberatus est diuus Benno noster a tyrannide Buckhardi praefecti.

Buckhardi praefecti interitus.

CAPVT XXIII. De peregrinatione diui Bennonis ad Urbem, & causis eiusdem itineris.

ANno à natali Christiano M. LXXVI. Papa Hildebrandus, frequentibus motus querimonijs concilium Romae indixit, Regemque per legatos suos ad hoc legitime vocauit, ut adesset, de criminibus quae illi ob venditas ecclesiasticas dignitates (quae tunc erant Imperatorum) obijcerentur, causam diciturus: alioqui sciret se absque omni procrastinatione, eodem die de corpore sanctae matris Ecclesiae, Apostolico refecandam gladio. Quod audientes Episcopi Germaniae & Galliae, quibus nota erat Pontificis seueritas, & vehemens erga domum Dei zelus, timentes ne forte simul eum Rege ipso durius aliquid pro factis suis paterentur: communibus consilijs Regem aduenit, turbatumque super his quae à Pontifice nunciata fuerant, palpando consolandoque, bono esse animo iuuent, irritum enim fore Concilium. Neque parendum ei, qui iniussu suo & praeter maiorum consuetudinem seipsum vltro ecclesiastico ingesserit culmini. (vnicam scilicet salutem & honorem suorum stabilitatem in hoc verti cardine rati, si efficere possent, ut is non esset Apostolicus) Rex igitur suggestione eorum seductus, paulo ante statutum concilij diem omnes, qui in suo regno essent, episcopos, abbates & ecclesiarum praelatos V Vornatiae (ut supra dictum est) conuenire praecipit, tractare cum eis volens ad deponendum Pontificem, si qua via, si qua ratio pateretur. Cum igitur beatissimus Benno noster tam Pontificis, quam Caesaris edicto vrgeretur, & ab utroque sub diris comminationibus vocaretur, inter saxum & sacrum (ut est in prouerbio) positus, in illud tandem Susanna incidit: Angustia sunt mihi vndique, & quid eligam ignoro. Si enim Apostolicae Sedis mandata contempsero, anathema sum, & extra Ecclesiam factus. Sin vero Imperatoris iussa neglexerim, tanquam perduellionis reus, notum antea carcerem & exilium non euadam. Demum excusso omni pauore, secum statuit relicta synagoga Sathanae, Apostolice Sedis obedientiam ad mortem vsque confiteri, maxime cum non ignoraret celebrandi Concilij sacrorum Canonum sanctionibus soli Romano Pontifici esse concessum. Itaque iter arripens Romam versus, ad indictum Concilium non sine multo labore & difficultate peruenit. Siquidem Imperator illuc tendentibus passim posuerat insidias, quas ille tamen diuino fretus auxilio incolumis transiuit. Veniens autem ad Pontificem, ab eo, quod vnus ex omnibus fere Germaniae Episcopis ausus fuisset, plus Deo quam hominibus obedire, vehementer collaudatus, & in amicitiam non vulgarem receptus est. Ferunt constante adhuc fama, ab eunte clauis ecclesiae Misnensis duobus commississe fratribus suis Canonicis, ut si Rege excommunicato, hi qui suarum partium essent ab ecclesia ingressu non temperarent, obsecratis iannuis, eas in Albim fluiuium deijcerent. Quod & factum est. Nam in dicto Concilio Rex propter contumaciam suam cum omnibus complicitibus graui anathemate percussus est: & synodaliter decretum, ne deinceps vlli hominum liceret vendere vel emere quascunque ecclesiasticas dignitates: qui morbus tunc plurimum irrepserat, non tam Regis ipsius magnanimi alioqui, & omni imperatoria virtute praediti viri, quam aulicorum suorum auaritia, & candidatorum ambitione. Id quod ex sequenti capite satis superque ostenditur.

Hildebrandus ille Gregorius septimus.

Imperator concilij Sathanicum indicit.

Concilij indicendi ad solium Pontificis spectat. S. Benno Romae huiusmodi Pontifici. ce excepti. Clauis ecclesiae eius in Albim conijciuntur. Imperator cum sibi adhaerentibus excommunicatur.

CAPVT

CAPVT XXIII. *Causam continet, propter quam Pontifex Regem potissimum excommunicauit.*

Hæresis Si-
moniacæ,
causa exco-
municati-
onis.

Meginvvar-
dus Abbas
Augiensis
Rupertus
Abbas Bā-
bergenfis
Simonia-
cus.

for. aulico
rum.

V Videra-
dus Fulde-
sis Abbas
sanctiss.

S. Beno cō-
cilij Ro-
mani de-
cretis sub-
scribit.

Theodori-
cus Suffra-
ganeus.

Theodori-
ci Suffra-
ganei obi-
tus.

Claret mi-
raculis.

EXecrabilem Simoniacæ prauitatis hæresim, propter quam tunc non solum Regis ipsius, sed etiam multorum episcoporum, abbatum, & prælatorum fama periclitabatur, quæ etiam potissima causa fuit, propter quam Pontifex ecclesiasticum contra eos gladium stringere coactus est: Lampertus nobilis Herueldensis monachus in Chronica sua graphicè taxat, licinqueiens: Eodem tempore Meginvvardus Abbas Augiensis dignitate sua vltro se abdicauit: in locum eius, non per electionis ostium, sed per Simoniacæ hæreseos cuniculum protinus irrupit Rupertus Abbas Bambergensis, cognomento Nummularius, annu-meratis in ærarium Regis mille pondo argenti purissimi. Hic sordidissimis quæstibus & vltis, quas etiam priuatus adhuc in monasterio exercuerat, infinitam sibi pecuniam confluerauerat. Et propterea mortes episcoporum & Abbatum anxia expectatione iam dudum suspirauerat. Cumque eos diutius viuendo, propter effrenatæ ambitionis impetum (quo præceps rapiebatur) morari grauius & impatientissimè ferret, eò vesaniæ euasit, vt præter occulta munera, quibus * auriculariorum fauor redimendus erat, Regi etiam centum pondo auri promitteret, vt eiccto eximia sanctitatis viro Abbate V Viderado, sibi abbatia Fuldenfis traderetur. Et profectò quod nefariè concupierat, flagitiosissimè obtinisset, nisi pauci, quibus ecclesiasticæ leges pecunia chariores erant, in faciem Regi, nè id faceret, obstitissent. Huius igitur in fausto nouo que aucupij genere hæc in ecclesiam introducta est consuetudo, vt dignitates publicæ venales prostituantur: & ecclesiastici viri non innocentia æstimentur & integritate vitæ, sed quantitate pecuniæ: nec quarantur in promouendis quis dignius præesse, sed quis carius possit emere. Hæc ille. Rectè igitur optimus Pontifex Gregorius huic morbo forte parauit antidotum. Nam si hæc pestis illorum etiam animos venenauit, qui mundo huic mortui, & omnem ornatum huius seculi despondisse videntur: quanto potius eos etiam, qui summam felicitatem & vltimum beatitudinis finem, in honoribus ac dignitatibus collocant, ad internecionem vsque exulcerasset, corrupisset, vitiaisset, nisi eam sapientissimus medicus excommunicationis cauterio inuictam vix tandem foras & extra ecclesiam eliminasset? Quare non immerito diuus noster Benno tam sancto viro paruit, subscripsit, ad hæsit.

CAPVT XXV. *De Theoderico Suffraganeo diui Bennonis, & Lipsanis quibusdam miraculosis.*

Immorante apud Pontificem Diuo nostro Bennone, Romam venit quidam venerabilis pater, nomine Theodoricus Suffraganeus episcoporum vnus, qui causam regis defendentes simul cum ipso execrati fuerant. Quam obrem di-ctus Theodoricus, ne tanti se criminis participem faceret, Pontificem adiit, & cum pauper esset, vitæ ab eo petijt subsidium. Ille autem quo diutius diuum Benno-rem (cuius consuetudine plurimum delectabatur) secum detinere posset, eundem Suffraganeum diuo Bennoni nostro suffecit, & Missnam destinauit: quatenus absente vero pastore, pontificalis interim officij ministerium adimpleret: cui tam Apostolicis quam diui Bennonis admoniti literis Canonici præbendam vnâ in ecclesia Missnensi assignarunt. Inter quos aliquandiu laudabiliter vixit plenus virtutibus & honestæ conuersationis moribus. Quadam verò die cum episcopalis muneris gratia Colditz civitatem dioceseos oppidum simul cum Capellano suo peteret, multo senio grauatus, subito in via cepit deficere: delatusque ad proximū molen-dinum (cui Komlitz adhuc hodie nomen est) magna deuotione diem clausit extremum. Commiserat autem Capellano suo, vt appositis feretro asellis, quos molitor ad manus habebat, in quemcunque locum ecclesiasticum casu duccretur, ibidem eum tumultuaret. Aselli itaque recta via versus Ecclesiam in pago Hart delati, causam dederunt eius ibidem sepeliendi. Cuius quidem pagani adhuc memores, nonnullis eum miraculis & signis illustrem perhibent. Et hic quidem Theoderici fuit exitus. Interim verò Principes religione tacti, paulatim colla coeperunt ab Imperatoris iugo retrahere, iamque non solum clandestinis congressibus, verum publicis etiam conuentibus, de surrogando alio Rege inter se tractare. Quam obrem fractis Imperatoris viribus, cum nil amplius timoris esset, diuus Benno, qui multo

SURIUS

q. her.
Liber
RVIII
5

multo iam tempore Pontificis lateri adhæserat, reditum tandem ad ouile suum, vix magnis impetrauit precibus. Cui abeunti Papa in signum veræ dilectionis non vulgares donauit Sanctorum reliquias: quas ille toto tempore vitæ suæ religiose coluit, & tanquàm caelestem quendam thesaurum veneratus est. Extat ex eisdem reliquijs circa tumbam ipsius in hodiernum vsque diem, mirabile quoddam dictu: vt scilicet inclusæ argento, seu pacificali (vt vocant) peciuncula, alijs quidem osculantibus appareant, alijs verò minimè. Quin his etiam quibus videre eas cõtingit, non semper se ostentant: sed modò præsentés adsunt, modò veluti præstigio quodam cernentium oculos eludunt. Ferunt quidam diuum Bennonem nostrum alijs etiam vicibus & sub alijs etiam Põtificibus, Victore scilicet & Urbano Gregorij successoribus, Romam itasse: verum nobis præter eam, quam modò descripsimus peregrinationem, certi nihil constat. Quamobrè ad ipsius ex eadem professione reditum sequens festinat oratio.

CAPVT XXVI. De reditu diui Bennonis ad Ecclesiam suam Missenensem, & inuentione clauium.

Beatissimus pater Benno noster, expeditis apud Pontificem Ecclesiæ suæ negotijs, relicta tandem Roma per decliua Apennini iuga, per amœna Flaminia rura, per angustas Rhæticarum Alpium fauces, Vindelicos Noricosque transiens, ad ciuitatem suam Missenensem preciosissimis reliquijs & indulgentiis onustus feliciter peruenit. Ne autem sub primum ipsius aduentum ciuitas commoueretur, nè illi Clerus cum solita ferculorum pompa in occursum procederet, sub peregrini specie ad hospitium publicum omnibus ignotis diuertit. Memorant incolæ in hodiernum vsque diem, hospitem, dum ingentem quandam piscem ex Albi flumine, eadem fortè hora allatum exenterare cœpisset, sub brancis siue pennis ipsius, clauem reperisse ecclesiæ, quam diuus Benno post abitum suum in eundem fluuium proijci mandauerat. Cuius rei fama cum mox totam repleisset urbem, Canonici præfatum hospitium repentè irruunt, & agnitiuam pastorem suum, maximo totius vrbis plausu, ad ecclesiam suam conducunt. Qui populo de more benedicens, à turbavsq; in alterum diem vix demùm se potuit auellere. Manè verò nulla tantæ viæ lassitudine obstante, ilicò pastorale fecit officium, & inter sacrificandum pro concione populo Apostolicam nunciavit benedictionem & gratiam: eosq; qui ob vitandam Regis indignationem, vel sola participatione colloquij ecclesiasticis subiacebant censuris, simul omnes concessa sibi potestate absoluit & Ecclesiæ reconciliauit. Quare vix dici queat, quantus breui factus sit ad eum concursus è vicinis oppidis ac populis, qui omnes vno ore clamabant: Aduenisti desiderabilis, quem expectabamus in tenebris, vt educeres vinculos de claustris. Erat enim eorum pars multo maxima excommunicationis vinculo irretita, quos pius pater festino ad ecclesiam suam gaudio reducens suscepit: & tanquàm filio olim perditò vitulum saginatum, hoc est pinguem Christi panem (iniuncta prius poenitentia) sacramentaliter exhibuit: sicque perditionis filios in electionis vasa feliciter conuertit. Dedit autem illi Dominus gratiam & malorum requiem, vt deinceps reliquos vitæ annos vsque ad decrepitam senectam in pace agens, restaurandæ Ecclesiæ suæ & extirpandæ zizaniz, quæ longo iam tempore in Dominico agro suppullulauerat, tranquillam posset operam impendere: quod & sedulò perfecit. Et quia præcipuè eius animo hærebant antiqua Sclauorum cura: idcirco quo studio, qua doctrina, quibusve miraculorum signis illos ab antiquis eorum erroribus, ad infallibilem Christi veritatem tandem reuocauerit, quàm breuissimè potero sequentibus complectar.

CAPVT XXVII. De reassumpta Sclauorum cura, de valle sancta, & fonte qui diui Bennonis precibus scaturisse dicitur.

Meminisse hic oportet eorum, quæ supra de Sclauis disseruimus: Qui scilicet vtranque ripam Albis circumfidentes, gentili supersticiosoque ritu, honorem quem Creatori debebant, rebus exhibebant creatis, lignum quod dolabant, & lapidem quem cædebant irrationabilem adorantes. De quorum moribus cum diuus Benno Gregorium Pontificem certiore reddidisset, mandatum & Apostolicæ legationis munus ab eo recepit, cum potestate prædicandi eis verbum Dei, & absoluendi à certis casibus etiam Sedi Apostolicæ

Mirabile
Lipanis
circa tum-
bam diui
Bennonis.

Topographia.
Redit ad
suam Ec-
clesiam S.
Benno.

Claves ec-
clesiæ sub
pennis eu-
iustia pis-
cis reperi-
untur.

Excõmu-
nicatos mi-
sericordi-
ter absol-
uit.

Studium
eius pro-
uertendis
Sclauis.

SURIUS

gter
Nomen
RVIII
5

reſeruat. Quare factus eſt indiès maior ad eum concurſus populorum, præcipuè Sclauorum, quorum aliqui memores adhuc priſtina doctrina, quam illis pius pater priuſquam à Rege in exilium miſſus eſſet, tradiderat, præ deſiderio & amore facti ipſius eloquij vltro ſe illi proſtratos offerebant, & commiſſi ſcleris cum more rore ac luſtu veniam petebant. Ille autem, vt mitis erat corde, & pronus ad ignoſcendum, obuijs eos manibus, & veluti poſtliminij iure ad Chriſtum redeũtes excepit. Scripturasque illis tum veteris, tum noui teſtamenti proponès, quantum celo eſſet gaudium ſuper vno etiam peccatore conuerſo, non ſolum ad lachrymas, ſed & quodecunque ſatiſfactionis genus facile inducebat. Cum autem multitudinem conſluentium ciuitas non caperet, locum concioni aptum delegit, vallem ſcilicet vnã apricis ſaltibus amœnam, mille ab vrbe paſſibus, inter Orientem & Aquilonem expoſita. Huc igitur cateruatim aduolantia multa millia hominum ſacraſſiſimos illius ſermones, de ſummo ac vero Deo, de prima hominum origine & eorum lapſu, de incarnatione Verbi, & humani generis reſtauratione, ceteraque id genus ſacramenta arrectis hauriebant auribus. Plerique etiam ſpiritu ita compuncti ſunt, vt idola, quæ domi habebant, ſub conſpectu viri ſancti proferentes fructum comminuerent, ſicque ductu & auſpicijs diui Bennonis animas ſuas ſaluſſacerent. Quadam verò die, cum populus feruentiſſimo Solis ætu laborans, ſubvinda amplius ora vix ferre poſſet: beatiffimus pater Benno oculis ſurſum leuatis & oratione facta ad eum, qui conuertit petram in ſtagna, & rupem in fontes aquarum, baculo paſtorali terram feriſſe dicitur: ex qua mox fons aquæ ſalientis ſeatuens, arida hominum labra cæleſti liquore proluit ac reſocillauit. Teſtimonio eius rei eſt, quòd idem fons ſacer, & vallis ipſa ſancta in hodiernum vſque diem ab incolis nuncupatur. Fecit item vir Dei alia etiam in eodem loco miracula, quibus rudem ab initio Sclauorum gentem non ſolum verbo, verum etiam facto doceret, quanta eſſet fidei Chriſtiana virtus ac potentia. Verum nos more noſtro ſolidiora tantum amplectimur.

Prædicat eius penitentiam.

Vallis ſancta.

Conuertitur, & idola ſua conſringunt.

Pſal. 13. Fons ad locum cum baculo viri Dei, dulces emittit aquas.

Multa facit miracula.

Aquæ virtute, & crucis mutatur in vinum.

Ambulat ſuper aquas. Ruſticus cui iuſſa ſimplicitas.

Ranarum ſilentium. Dan. 3.

CAPVT XXVIII. De tranſitu Albiſ, aqua in vinum conuerſa, & alijs quibusdam miraculis.

Quoniam, vt dixi, multi diui Bennonis miracula quæ vulgi celebrantur ſermonibus, & maiorum traditione ad poſteros peruenerunt, hic præterire conſilium eſt, eo maxime quòd breuitate gaudemus omnes: illud tamen de aqua vino facta, & Albiſ tranſitu, quoniam præter communis famæ auttipulationem literis etiam mandata ſunt, in antiquiſſimo illo vitæ ſuae libello, qui nuper in prædicto Hyldſheymentiſ monaſterio (vbi prima olim fecit ſpiritualis armaturæ ſtipendia) miraculoſè inuētus eſt, tacere non auſim. Scribitur enim in eodem libro, quòd cum diuus Benno die quadam ad operarios in prato exiſſet, illis ſiti ac labore fatigatis, ſigno Crucis edito aquam in vinum cõmutauit. Quòd cum puer ſuus animaduertiſſet, allata ſibi vnda, En, dixit, faciam ſicut domini meus. Qui interrogatus quidnam feciſſet: Crucem, reſpondit, deſuper edidit. Cumque puer idem faceret, meritis beati viri & ſimplicitate pueri aqua mox vini ſaporem induit. Cum autem iam dies ad occaſum tenderet, & diuus Benno recta via per pontem ad ciuitatem peruenire non poſſet, iter ad proxima Albiſ fluenta deflexit, & Cruce ſe muniès, fluuium ſecco pede pertranſiuit. Quòd videns ruſticus quidam, qui eum cum pluſtro fœni ſequēbatur, protinus per aquam inſecutus eſt, & incolumis tranſiuit. Benno autem audaciam hominis vehementer increpans, prohibuit tum nè id amplius faceret, tum nè cuiquam quòd factum erat eo viuente detegeret. Solebat autem vir Dei nonnunquam orando meditandoque agros circuire: ibi cum aliquando iuxta paludem quandã Garrula limoſis rana coaxat aquis nè contemplantem inturbaret, Seriphiam eſſe iubet. ſunt enim in Seriphio rane omnes quidem mutæ. Paululum inde tranſgreſſo venit in mentem Danielis illud: Benedicite cete & omnia quæ mouentur in aquis Domino: benedicite omnes beſtiæ & pecora Domino. Timens igitur nè forte gravior eſſet Deo illarum cantus quàm ſua oratio, eis iterum mandauit, quatenus conſueſta voce Deum laudarent: quæ mox campos & aëra ſtridore ſuo garulo repluerunt.

CAPVT

Proditus tum his tum alijs Benno miraculis, vehementer apud se erubuit, timens, nè fortè vndè celebrior fieri inciperet apud homines eius nominis fama, indè apud Deū magis ipse vilesceret, dicente Apostolo: Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Nè igitur popularis auræ affectator haberetur, tacito secum egit consilio quonam potissimum modo frequentiam hominum euitare, & in solitario aliquo loco delitescendo, soli Deo seruire posset: atq; idcirco rebus apud ecclesiam suam accuratè compositis, ipse Occidentem versus, ad extremos dioceseos suæ fines, villam scilicet Naumborg, paucis admodum viæ suæ consociis secessit: ibique ædiculam in honore diuæ Parthenices & omnium cæli indigetum cōsecrans, preciosissimis eam donauit reliquijs ac indulgentijs, quas nupèr Roma secum asportauerat. Iuxta ædem verò, cellam vnq̃ humilem pro se & sacerdotem quem secum habebat, cōdificauit animo, vt deinceps, nisi episcopalis curæ munere exigente, ab ea nusquam discederet. Verùm quanto magis latere voluit humilis Christi seruus, tãto eum * magnificare dignata est proptia diuinitas, in hodiernum vsq; diem testans, quàm gratum cælo fuerit huius dilecti serui sui obsequium. In certis enim agrorū semitis, quas ille ibidem more suo post diuini officij pensum deambulando meditandoque pedibus suis sanctissimis calcavit, frumētum adhuc hodiè citius flauescit maturescitque, quin fertilior etiā longè seges in eodem loco quàm per vicina circumquaque rura nascitur. Id quod ego nō solum ex aliorum scriptis, verùm etiam oculis meis compertum habeo: & vidī quia verè Deus mirabilis in sanctis suis. Eadem autem præcox agri cuiusdā fertilitas in Gedau, vbi pariter aliquandò contemplantundus deambulauit, à Plebano eiusdem loci medio nupèr iuramento in examine testium quorundā, deposita est. Quid igitur? taceam necne? quæ de agilitatis dote diuo nostro Bennoni omnipotens Deus contulit insignia? minimè gentium, Memoriarum enim hominū proditū est cōmuni voce ac fama: quòd cum beatissimus Benno frequenter post sacramentorū tractationem ex oculis Capellani sui euanescente, & agilitatis munere in ecclesia sua Misnensi subito constitui, indeq; sacris omnibus confectis ad consuetam prandij horam cum Capellano suo iterum in dicta villa presens adesse soleret: captum aliquandò vehementi Capellanum admiratione, abeūtem manè heri diligentissimè obseruasse, moxq; insecutum præter pauca in recētī pruina vestigia nihil reperisse indicij. Sed statim veluti turbine arreptum, in dicta Misnensi ecclesia post tergum domini sui geniculantis in pedes constitisse. Quem cum diuus pater in spiritu adesse sentiret, ipseq; consummatis sacris more suo mox iterum in cellam suā, Capellanus verò vix altero die reuerteretur: (est enim distantia locorum XXXIII. milium passuum) grauitè eū increpitasse, & sub anathematis nexu vetuisse, nè eo uiuente cuiquā hominum quod factum erat proderet. adeò abfuit à beato viro, quòd gloriam suam quæreret. Cæterum nos neq; ista temerè asserimus, neq; proteruè abnuimus. Cum similia multa de turelaribus genitalis soli nostri, (Sueuiam puto) diuo Cunrado videlicet ac Vdalrico, necnon alijs quibusdam sanctis patribus scripta sint, & pro confesso habeantur. Præterea in memoriā Diui Bennonis adhuc hodiè quotannis celebratur ingens populī cōcursus in dicta villa Naumborg tribus diebus præcedentibus & sequētibus festum omnium Sanctorum, quorum nomini (vt prædiximus) pius pōtifex ecclesiam suis olim manibus dicauit. Sunt etiam ibidem ruinae cellæ ipsius & alia quædam monumenta, tū imago sua depicta in pariete parietis interioris ecclesiæ, cum diademate & insula pontificali & cum titulo desuper per scripto: Sanctus Benno Episcopus. Quæ omnia spectatoribus deuotionem auget & gratiam.

Gal. 1.

ingreditur
solitudine
vt liberius
Deo vacet.

for. s. mag
ni facere.

Frumētū
pæcox, vbi
Benno am
bulauit.

Psal. 67.

Rapitur
diuina vir
tute in mo
mento, ad
ecclesiam
suam Mis
nensem.

Rarum mi
raculum.

Ecclesia S.
Bennonis
in honorē
omniū sā
ctorum de
dicata.

CAPVT XXX. De spiritu prophético & futurorum præsentia.

Dum beatus Benno tumultum ciuitatis declinaret, cellæ suæ solitudine se oblectans, & diuinarum rerum meditationi liberius quàm antea vacans, multas habuit reuelationes, quibus futuræ quietis dulcedinē perfunctoriè saltim & quantum viatori licet degustasse creditur. Eisdem etiam reuelationibus illuminatus, multa futura priusquam euenissent prædixisse fertur. Quibus duo saltim minimè cōtemnenda hīc recitasse sufficiat. Quorum alterum in

multis gau
det reuela
tionibus.

lue de or
ine cister
ten. & mo
asterio ex
ruoio prę
lixerit.

Henrici III
interitus.

radicit
archioni
liffnenf
tum inte
itum.

Apparet
post mortę
Marchio.
ni, terribi
liter eum
intuens.

Marchiois
interitus.

SURIUS

g. ter
Honor
RVIII
5

veteri Cella insigni Missnensis dioceseos monasterio completū ac literis manda-
tum est. Cum enim vir Dei longe olim ante cellam conditam, transitum forte eo
loci faceret, videretq; columbarum illic turmā gregatim confidentium, ad comi-
tes conuersus: En, ait, hic locus est, ad quem paruo post tempore noua quadā con-
uolabit religio, cuius precibus mortaliū turba magna saluabitur. Nec cassum fuit
oraculum. Oro enim deinde diuo Cisterciensū ordine, Otto Missnensis Marchio
Cellense cōenobium dicto ordini primus ipseus fundator sacrum fecit, & supra quā
credi potest mirifice dotauit. Alterum diui Bennonis vaticinium fuit, quod Mar-
chioni (quem Henricum Dedonis filium esse perhibēt) in maxillam eum ferenti
prædixisse fertur, quod eodem die anno reuoluto alapam sibi datam vindicturus
esset. Erat idem Marchio Regi Henrico admodum deuotus, eo quod apud eum (vt
suprà narrauimus) à puero educatus esset. Cumque idem rex capularis iam senex
nouos iterum in Imperio motus suscitans, decidia iam dudum cornua rursus in
cælum erigeret: à proprio filio carceri mancipatus, pollutam multo sanguine ani-
mam contra Poëta sententiam, sicca tādē morte ad inferos destinauit. Marchio
autem præfatus quoniam Apostolicā Sedem & Ecclesiasticas censuras cōtemnen-
do Regi plus iusto complacere vellet: nec etiam ab ecclesiā Missnensis bonis iam
olim à Rege ablati abstineret, aut ea dictā ecclesiā vtcunquē admonitus restitu-
ere intenderet: Cumque quadam vice à diuo Bennone, ob hoc grauius argueretur,
nec ratione obiecta posset diluere: ira tandem percitus, nihil cano capiti, nihil sa-
cro ordini deferens, venerabilem senem dura percussit alapa: cui pius pontifex, non
sua quidem iniuriā memor, sed cælestis sententiæ spiritu reuelante edoctus futuru
prædixit, vt anno sequente eodem die admissi sceleris pœnas daturus esset. Nec di-
cto fides absuit. Circumacto enim anno cum dies vltioni dicta ad vesperum iā in-
clināssent, Marchio qui duro corde facinoris rāti nedum vllam egerat penitentia,
verum etiam ludibrio habens sancti viri præfagium, ad Consiliarios suos conuer-
sus, (& veluti Dictator Casar Spurinam olim auripicem irridens) En, inquit, dies
quem atrum nobis Benno futurum interminatus fuerat sine noxa adest. (non con-
siderans venisse quidem diem, sed nondum præterisse) Itaque adhuc loquens, subi-
tō ineuitabili Dei iudicio non placido, vt antea, sed toruo terribiliq; vultu eum
adorientem, pœnasq; poscentem, videre visus est: (erat enim paulo antea vita fun-
ctus) suos igitur, vt suppetias illi ferrent, quoniam diuus Benno eum impereret, fru-
strā precatus, in genua concidens, subitanea morte periisse dicitur, non tam ob illa-
tas manus violentas in sanctum Domini, quā quod, vt quidam tradiderunt, non
ingredere ad eum causa pupilli & viduæ, sed magis, oppressor esset pauperum, &
ecclesiasticarum rerum aruficator. Extant in eodem loco diuersa signa in lapide in-
cisa & in memoriam ac monumentum eius rei posteris relicta.

CAPVT XXXI. De morte & felici diui Bennonis transitu.

Oratio eir
ante mor-
tem ad fu-
os Cano-
nicos.

Postquam beatissimus pater Benno, laborioso huius vitæ cursu ad extremā
aetatem vsque impigre constanterque emenso, festæ iam post plurima peri-
cula puppi tutum adesse portum, & æternam in stare sibi requiem spiritu re-
uelante cognouit: festinus præ gaudio fratribus suis Canonicis in vnum
conuocatis tali eos oratione alloquitur: Hora est, iucundissimi fratres, quam ego
multis retrò annis, nescio an maiore sollicitudine, an desiderio semper expectaui:
Desiderabam quidem sæpè, nè mala viderem, quibus diebus meis iactata est sancti
Petri nauicula, nève post huius mihi commissę ecclesiæ profanata sanctuarium & di-
uisa inter hostes spolia amplius superesset, miseram claudere vitam. Metuebam
ex altera parte, nè fortè vel hoc ipso quod diuinæ tērationis iacula parum constan-
ter, aut nimis molliter ferre viderer, omnipotentis Dei iustam incidere indigna-
tionem. Denique implorata Dei gratia antiquorum patrum zelum imitatus, regis
Henrici carcerem & exilium, Buckhardi graues & insignes contumelias, Marchio-
nis postremò ipseus minas & verbera, & quicquid sacrilegis in me manibus patrā-
selibuit, forti animo pertuli, donèc impleta perfidorum hominum malitia diui-
næ prouidentię arcana sequerentur iudicia. Nullam autem in me causam inuene-
runt, nisi quod sacrosanctæ Apostolicæ Sedis obediētiam confessus, sanctissimi vi-
ri Gregorij septimi & successorum suorum causam intrepidè tutatus, resq; Ecclesiæ
meæ nequiter ablatas quibuscunq; potui ecclesiasticis censuris ac pœnis vendica-
re nisus

renisus sum. Hæc accusatoris in me summa fuit. Verùm id iure ne fecerim an iniuria, æterni iudicis tribunal appello, quò præsens hæc hora me vocat: veniet autem citò post me Henricus Rex ac ceteri ecclesiasticæ potestatis temeratores: quos inter & me Deus iudicabit. Sed quoniam vos propter discessum meum tristiores factos esse conspicio: hanc interim à me consolationem, accipite. Successorem in locum meum habebitis virum bonum & timentem Deum, qui ecclesiasticam rem vestram magna ex parte augmentabit. Id què eo ampliùs, quòd post obitum meum his, qui rem diuinam hæcenus impedire solebant, plus iniicietur terroris & formidinis. Ego enim si, quam spero, apud Deum gratiã inuenero susceptum semel huius Ecclesiæ patrociniũ per omnem tuebò ætatem & secula: causam què ipsius accessorum assumens, accusare non cessabo eos qui ausu temerario, siue in hanc Ecclesiã, siue in ipsius ministros ac bona committere præsumpserint, nè id impunè tulerint. Quòd si paululũ in accusando visus fuero negligetior, sic sibi persuadeant successores mei, probari partim à Deo eorum patientiam, partim iniuriantium expectari poenitentiam. Qui si indurati ab incepto desistere noluerint, sentiant non longè abfore ab eis perditionem. Contrà verò benefactoribus Ecclesiæ meæ omnia fausta ac prospera apud Deum exoraturus sum. Vos autem charissimi fratres, si procul omni similitate & odio mutuam inter vos charitatem amplexi, non sum mis tantum labris, sed corde bono inuicem salutantes: si diuinum cultũ haud segniter emulati, si Remp. deniquè ecclesiasticam potiùs quàm propria commoda & priuatas inter vos causas tutati fueritis: quanto in his omnibus fideliores syneriores què vos Deus inueniet, tanto facilius me pro vobis interpellantem exaudiet. Quemadmodum igitur hic in terris fui, ita & apud Deum paratum me habebitis, prout singulorum merita vel demerita postulauerint, patronum vel vindicem. His seuerò admodum vultu & senili grauitate elocutus, singulorum què manibus pro more deosculatis, illis hymnis ac psalmis iussit insistere: ipse verò deuota ad Deum oratione habita, accepto priùs ecclesiastico comætu, fessi tandem corporis sarcinam deposuit. Ferunt ilicò dulci locũ odore afflatum, cæleste quid omnium naribus inspirasse, donè ipsũ iuxta pontificalis muneris dignitatem in ecclesiã sua Misnensi honorificè sepelierint. Obijt autem decimo sexto Kalèd. Iulij, Anno salutis M. CVI. ætatis XCVI. Episcopatus verò XL.

Prædicit
successorẽ
suum futu-
rum virũ
bonum ac
timentem
Deum.

Suæ eccle-
siæ perpe-
tuum sus-
cipit patro-
ciniũ.

Moritur S.
Benno.

CAPVT XXXII. De miraculis post mortem in hunc diem continuatis
& translatione ossium, & casula diui Bennonis.

Defuncto Bennone, sedẽ ipsius accepit venerabilis Hervvicus VVurtzẽsis Ecclesiæ collegiatae fundator, quem consecrauit Henricus X. Magdeborgen. ecclesiæ Archiepiscopus. Cæterum, sicut prædixerat pius pater, breuè post obitum suum, VII. videlicet Idus Augusti eodem anno prædictus Henricus Rex IIII. quasi repetundarum ab eo postulatus, miserè obiit. Cuius cadauer quinquennio (vt aiunt) ecclesiastica caruit sepultura. Obijt & Marchio diui Bennonis præcessor, eo quo supra diximus modo. Quorum casu admoniti successores, Ecclesiæ Misnensi non solum ablata restituerunt, verum de suis etiam bonis semper magis ac magis addiderunt. Propter quod in hũc vsq; diem semper magis ac magis etiã à Deo exaltati ac prosperati sunt. Beatissimus verò post mortẽ suam non minoribus apud Deum claruit meritis ac miraculis, quàm olim in vita, cõfuit. Miracula ad sepulcrũ eius.

gentibus ad sepulcrum ipsius plurima impetrans beneficia. Quorum quidam à varijs languoribus curati, plerique à grauib; periculis & anxietatibus liberati, nonnulli etiã à morte suscitati sunt. Quorum omnium fides apud ecclesiã Misnensem literis, sigillis, testibus, & vel tabellione publico, vel Prelatorũ authoritate amplissima fulta est. Trãslatio autem ipsius ex loco humili, vbi olim se tumulari iusserat, ad medium ecclesiæ, vbi nunc tumba ipsius honorificè instructa cernitur, facta est circa annum Domini M. CC. LXX. quo tempore venerabilis Episcopus VVitigo, huius nominis II. vehemens diui Bennonis amator & prædicator, certas etiam indulgentias ad eandem translationem cõtulit, quò plenius esset deuoti populi gaudium. Idem etiam Episcopus VVitigo vino illo, quo diui Bennonis ossa lota, & à terreno puluere mundata fuerant, tanquàm saluberrimo quodam olei riuo agros quamplurimos sanauit. Quorum omnium nomina & morborũ species propria manu adnotauit, & apud ecclesiã Misnensem pariter in perpetuam rei memoriam

Hervvicus
Episcopus
Misnensis,
S. Bennonis
successor.

Miracula
ad sepul-
crũ eius.

VVitigo
Episcopus
misnensis.

Casula di
ui Benno
nis incor-
rupta.
Miraculū
de dāmo-
nia a S. Be-
nonis me-
ritis cura-
ta.

recondidit. Casula verò qua indurus fuerat diuus pater Benno, & baculus pasto-
ralis, tanquam recens deposita, secum in sepulcro inuenta sunt absque omni cime-
fatione, quæ etiam non paruum à sanctissimo corpore virtutem attraxere. Nam
vt vetera taceam: matrona quædam Missnensis dioceseos ex villa Prentzindorf,
prope Fribergā nostra hac tempestate dæmonio arrepta, ad sepulcrum diui Ben-
nonis adducta: cum nullis dæmon exorcismis ab ea fugari posset, induta est tādē
diui Benonis casula, & datus in manu baculus pastoralis, quo facto exclamauit dæ-
mon: Nunc tempus est vt egrediar: relinquam tamen hospite meæ signū, quo me
perpetuò meminerit. Moxq; aperto altero mulieris cruce, terribiliter elusus est. Ro-
ramen autem quod ille fecerat, nulla medicorum arte sanabile, mulier adhuc ho-
diē gestat, & vt timendum est donec vixerit non abolebitur. Præterea vt pius erga
supplices, ita fenerus in obstinatos diuus pater iuxta promissa sua sæpius inuentus
est. Marchionem enim V Vilhelmum, eum qui Grymnis mortuus est, cum Prepo-
situs olim Missnensis Brutenus nomine sæpe adhoratus esset, vt ab exactionibus, &
seruitijs, quibus colonos ac subditos Ecclesiæ Missnensis præter ius ac consuetudinē
prægrauabat, desisteret: nec eum ab incepto posset desistere, ad auxilium tandē
diui Benonis confugit, qui (exoratus tandē assiduus Præpositi precibus) Marchi-
oni, in somnis apparuit, arguens & commonefaciens ad remittenda iniusta grau-
amina. Cumque is consiliariorum suorum suadū, dicentū non esse curanda somni-
orum deliramenta, in nullo se emendaret: alia vice per quietem, iterum visus est

Brutenus
Præpositus
Missnensis.

Marchio
exoculatus.

sibi Benno irruere, & face quam manu gestabat alterum ocellum inurere. Qui ma-
nē surgens & eluscatum se sentiens, tandē compunctus corde, Ecclesiæ Missnensi
non solum data resarciuit damna: verum insuper multa contulit donaria, quibus,
vt sperandum est, benedictionem pro maledictione à Deo promeruit. Legitur ta-
men tam hunc quam diui Bennonis percussorem, spe proliis à Deo frustratos absq;
legitimo decessisse hærede, in pœnam læsæ ecclesiasticæ libertatis. Postremò quan-
tū beatissimus Benno Ecclesiā suam Missnensem & Canonicos ipsius varijs
periculis & inimicorum insidijs clementer suis semper meritis eripuerit: nihilo-
secius tamen eis ipsis etiam, vbi quid delirarunt, non pepercit: sed durus duris pa-
ter filijs graui ac manifesto quidem supplicio eorū delicta expiare solitus est: mor-
tes quoque ipsorū præcedentibus paucis semper diebus valido & vehementi quo-
dam ictu prænunciare fertur: monens nimirum eos quatenus venturam iram ce-
leri pœnitentiæ remedio declinent. Sunt præter hæc alia quoque multa numero
præclara facta, dignissima scripto, & lectu iucunda, quæ de beatissimo patre nostro
Bennone referuntur Dei magnalia ac miracula: sed canendum nobis aliquandò
receptui, & linquendus etiam posteris scribendi locus est. Neq; enim omnia omnes
possumus assequi. Nec ipse parum Missnensis decoris ac ornamentis peperisse vi-
debor, qui primus eorum diuitias & caelestem hanc margaritam tot retrò seculis
absconditam in lucem protulerim: satisque nobis id erit demonstrasse, diuū Ben-
nonem nostrum ab incunabilis, vsque ad extremum vitæ spiritum virtutibus ac
vita sanctimonia fuisse clarum: neque prophetiam illi defuisse, & caelestium secre-
torum reuelationem: neque gratiam sanitatum, & impiorum hominum vitionē:
neque mortuorum denique suscitationem: quibus omnibus magnificauit eū Do-
minus in conspectu regum ac principum & in medio populi sui, illiq; coronam
gloriæ perpetuam dedit.

S. Benno
Canonicus
rum mor-
tes prænu-
ciat.

Epilogus.

S. Benno
propheti-
co clare-
bat spiritu.

satisque nobis id erit demonstrasse, diuū Ben-
nonem nostrum ab incunabilis, vsque ad extremum vitæ spiritum virtutibus ac
vita sanctimonia fuisse clarum: neque prophetiam illi defuisse, & caelestium secre-
torum reuelationem: neque gratiam sanitatum, & impiorum hominum vitionē:
neque mortuorum denique suscitationem: quibus omnibus magnificauit eū Do-
minus in conspectu regum ac principum & in medio populi sui, illiq; coronam
gloriæ perpetuam dedit.

CAPVT XXXIII. ac vltimum, Quibus ex causis Canonizatio
diui Bennonis hucusque retardata fuit.

Q Via nonnulli mirari solent, cur tanto tempore Canonizatio diui Ben-
nonis (quanuis sedulo quaesita) suos non habuerit successus: idcirco nō
admiratione ista scrupulum tandē, vt fieri solet, cuiquam parturiat, hoc
vltimo tandē capite palam agendum esse duxi, quibus de causis opus
hoc tam caelo gratum, quam hominibus proficuum & salutare, hucusque de die in
diem procrastinatum sit. Principio igitur constans omnium totius mundi sapien-
tium assensus & in confesso est, mortalium cuncta à diuina pendere gubernarique
prouidentia, quæ & velit & possit suo quaque tempore ac loco, prout magis oppor-
tuna nouerit, hominibus adhiberi ministrarique. Quod si ita est, quis non credide-
rit opus hoc tam pium & sanctum, occulta etiam quadam Dei prouidentia, tum
ad

SURIUS

g. ber
Hoban
EVIII
5

ad maiorem ipsius gloriam, tum ad ampliorem hominum profectum hucusque tardatum iri & in meliora seruari tempora? Atqui in agricolis videre hoc licet: quibus si per triduum octiduumve caelum ad vota non influxerit, ilico animum despondent, spem que deponunt, suspicantur malè, timent deterius, conqueruntur ac tum esse de frugibus anni, ac si oblitus esset Deus solitæ mortalium curæ. At ubi mox contra spem omnium serenauerit, & discussis Phœbus nubibus vitali terras calore refoverit: tunc demùm diuinæ prouidentie opera collaudant, & erroris sui conscij fateri coguntur, optimum & temporum & rerum omnium moderato- rem esse Deum: Solem que longe affuisse tempestiuus, quàm si ipsi Phaëthontis instar quadrigas ipsius suis aurigassent manibus. Haud secus nimirum optimo De- us tempore diui Bennoni apotheosim tacito secum consilio referuat. Faceflat igitur mortalium sollicitudo: quoniam ut scriptum est, Dei perfecta sunt opera. Sed hæc ratio pijs fortasse mentibus satisfecerit: verum pertinacibus & humanitis sa- pientibus, alias insuper huius moræ causas edemus. Defuncto siquidem mox Ben- none, cum recens adhuc esset eius cum hominibus conuersatio, nemo fuit, qui tunc ad hanc rem adspirare auderet. Non enim peti solet vel etiam concedi Canoniza- tionis beneficium, nisi longo tempore grauique maturitate probatis miraculis ac vitæ sanctimonia. Nec item nisi ingenti pecuniarum profusione & impensa. Sed quia sequentibus annorum curriculis Ecclesia Misnensis multoties propter incur- siones barbarorum & bella finitima vastata atque depauperata est, idcirco ad faci- endas tantas impensas facultas tunc nulla adfuit. Nouissimè verò cum ad Alexan- drum VI. prima esset huius rei facta relatio, idem Pontifex Commissarios destina- uit certos sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, qui causam examinarent: verum priusquam negotium cõficeretur, Pontifex diem clausit extremum, deindè etiam Commissarij (quibus res iam nota erat) demortui sunt. Itaque diuo Iulio moder- no vrbs Romanæ Episcopo denuò supplicatum est, qui & ipse huic operi Commis- sarios dedit Reuerendissimos olim Cardinales Raymundum Gurcèn. Melchio- rem Brixenem, & dominum Alexandrinum: quorum omnium autoritate & be- neuolentia (cum duo præcipuè ex eis sepulcrum Bennonis, & quædam miracula proprijs vidissent oculis) optatum iam finem haberemus proculdubio, nisi intem- pestiua eorum morte Deus nobis manifestè ostendere voluisset, nondum venisse tempus huic operi sua prouidentia destinatum. Quæ etiam causa est, ut Domini Canonici & hi quorum interest (quanuis operam suam haud segniter adhibeant) præter modum tamen Pontificem non nimis vrgeant, tum propter arduas suæ san- ctitatis tam domesticas quàm publicas occupationes, & temporum istorum discrimina: tum quia de sanctitate diui pastoris sui, quem penes se quotidie nouis fulge- re signis ac miraculis suis conspiciunt oculis, nihil hæsitantes præfinitum à Deo tempus æquiore præstolantur animo. His igitur ex causis in hunc vsque diem tar- data est diui Bennonis apotheosim siue Canonizatio (ut vocant) cum ipse tamen in priuato nihilofeciùs, ut pius Christi confessor, à plerisque veneretur ac innoce- ritur. Siquidem ad confessorum sanctimoniam probandam, non sanguinis quæ- ritur effusio, aut vllum supplicij genus, sed miraculorum duntaxat fides ac ma- gnitudo: quibus ille multis iam millibus spectatus est, largiente altissimo Domi- no Deo nostro: cui sit laus, honor, claritas, & gratiarum actio per infinita secula seculorum.

Phaethon-
tis historia
describitur
i. lib. Meta-
morpho.
Ouid. Nat.
Deut. 32.

Cur cano-
nizatio Be-
nonis suos
non habu-
erit succes-
sus.

Hic fuit
postea Ca-
nonizatus
per Adria-
nū 6. Legè
Onuphriū
inappèdicè
Platinæ &
vitam Lu-
theri.

Vrbs Mis-
nensis En-
comium.

EIVSDEM HIERONYMI EMSER
CARMEN IN APOTHEOSIM DIVI BENNONIS.



Vrbs antiqua iacet vastis vicina Bohemis,
Monte racemifero nobilis, atque solo:
Nobilis argento, gemmis, omnisque mineræ
Diuitijs: Missnam Theutona lingua vocat.
Illius ad calcem frendens Aquiloneus Albis,
Suspensio trabibus ponte superbus abit.
Ast in supremo sociata est vertice, pulchra
Pulchrior ecclesiæ regia, digna loue.

o 4

Regia

Regia quæ Parijs totum formosa columnis,
 Dardanias arces posthabuisse queat.
 Hæc etenim secto lapide, & testudine mira,
 Vincit, quas omnes vidimus antè domos.
 Sed tamen Ecclesiæ iuncta non vltima laus est:
 Libera quòd nulli ni tibi Papa subest.
 Condita quòd magnis quondam est Ottonibus, & quòd
 Missniaco semper principe tuta fuit.
 Quodque eius clerus tora cultissimus vrbe,
 Plenus honestatis, religione, fide.
 A quibus assiduo laudantur carmine diui:
 Hic cantant hymnos, nocte diuque sacros.
 Hic ducibus, vel præsidibus commune sepulcrum:
 Hic sunt Sanctorum corpora multa patrum.
 Hic iacet Albertus fama super æthera notus,
 Saxonica nuper gloria magna domus.
 Hic trucibus pendent Frisij's oblata trophæa,
 Quos docuit Dux hic Saxona frena pati.
 Hic hic, in primis, nostri farrago libelli,
 Benno iacet media conditus æde sacra.
 Benno, qui hic quondam meritis dignissimus altis
 Præsul erat decimus, Pastor vbique bonus.
 Nam si vel vitam, vel si miracula spectes:
 Ostendunt sanctum singula facta virum.
 Ostendunt siccis vel flumina peruia plantis,
 Aut in fluminibus squamea turba latens.
 Illæ sæ vestes, ossa in consumpta fatentur,
 Plus sexaginta condita lustra solo.
 Et quam perrexit vnam via longa per horam,
 Fertilior sacro pressa que terra pede.
 Lipsana portendunt occulto transfuga saltu,
 Cernere quæ tantum lumina casta queunt.
 Addunt hinc veteres mira & memoranda coloni,
 Cum quibus hic vixit non sine laude pater.
 Vixit enim viduis, pupillis, vixit egenis,
 His quoque distribuit, non cumulat opes.
 Nec tulit in molli corpus torpescere pluma,
 Aut in purpurea luxuriare toga.
 Quin indefessus iusti zelator & æqui,
 Pro grege deuouit rem que animam que suo.
 Pro grege porrecta, crudelia verbera, palma
 Pertulit & pugnos exilium que suo.
 Hinc viuente illo pascente que nemo Tyrannus
 Lædere Bennonias tunc fuit ausus oues.
 Aut si tentauit quisquam, nec mortuus illos
 Sustulit impunes, sed grauis vltor erat.
 Pars pede succenso, tumido pars gutture sensit,
 Quid valeant sancti numina læsa viri.
 Sunt qui luminibus capti, qui morte piati,
 Sacrilegum luerint eluerint que scelus.
 Multa tamen maior que suæ pars conscia culpa,
 Dum fleuit ccepti facta nefanda sui,
 Cum que dolens alto traxit suspiria corde,
 Promeruit veniam, restituit que duplum:
 Nulla est tam vehemens pena aut grauis ira Deorum,
 Quin vbi pœniteat, flectere possit homo.
 Quis petijt veniam non exauditus ab illis?
 Quis frustra ingemuit? quas renuere preces?

Præcl.

Missna ci-
 uitas libe-
 ra.

Diuinus
 cultus quã
 tum in ec-
 clesiã Miss
 nã viget

S. Benno E
 piscopus
 fuit X. ec-
 clesiã Miss
 nãnsis.

Cassula &
 vestes eius
 post longa
 tẽpora in-
 ueniuntur
 illa.

Liberali-
 tas eius in
 pauperes .

Quid pro
 suis ouib;
 petulerit.

Nulla tã
 vehemens
 Dei ira,
 quã vera
 pœnitẽtia
 non flecta-
 tur mitige-
 tur que.

SURIUS

g. ber
 h. h. h. h.
 RVIII
 S

DE S. BENNONE EPISCOPO MISNENSI.

165

Præcipue Benno nullis mortalibus vnquam
 Difficilis, nullis iusta petita negans.
 Ad cuius tumulum glomerantur pendula vota,
 Multus vt accepta contulit æger ope.
 Cernitur hic lacero confossus pectore ferro:
 Hic alius fracto crure perire timet.
 Hic cecidit summa quondam resupinus ab arce:
 Ille fuit rapidas obrutus inter aquas.
 Hic trahit in medijs positus suspiria flammis:
 Hic cinctus valido corripit hoste fugam.
 Hic queritur febres, alius fera tormina ventris:
 Hic misero nervos vellet abesse pede.
 Ille elephantiasim deplorat, hic enterocelas:
 Aut hamorrhoides, lithiasim ve dolet.
 Denique quisquis adest placida redit inde salute,
 Nec patitur castas Benno fuisse preces.
 Sensit opem princeps: sensit quoque regia Coniunx,
 Quæ prius ægroto stenerat vsque viro:
 Nunc formosa suo ridet coniuncta marito,
 Et pendit diuo carea vota patri.
 Inde frequas alijs etiam de gentibus illuc
 Accelerat varijs turba grauata malis.
 Huc veniunt Thurijs, Pruteni, Sarmata, Sclauus:
 Huc vicinus agit sæpè Bohemus iter.
 Sæpè etiam admonitus media per somnia nocte,
 Huc tulit arctoo Cymber ab axe pedem.
 Mille licet veniant, referunt quoque mille salutem:
 Arguit hoc sanctum scilicet esse virum.
 Nam licet hoc nulli sacro sine numine Diuum:
 Nemo malus tanta & talia signa facit.
 Et tamen (indignum) quatuor modò secula & vltra
 Dum pollet meritis his magis atque magis,
 Nemo hunc Pontificum merito dignatus honore est,
 Nemo inter sanctos rettulit, antè sacrum.
 Hoc ego dum mecum nuper stomachatus acerbè,
 Nunc hos nunc alios insimulando rei:
 Ingemui tantam tanto latuisse tenebris
 Tempore virtutem, tot benefacta viri.
 Scilicet inuidia fieri potuisse putabam:
 Quæ (nisi non valeat) suppressit omne bonum.
 Accusabam omnes, quibus hic benefecerat olim:
 Sed plùs Canonicos Missniacosque viros.
 Nec deerat multum quin tunc hominesque Deosque
 Dixissem ingratos immemoresque boni.
 Donec in insulo, quo nescio numine somno
 Benno mihi visus talia verba loqui:
 Insimulas falsò sanctos Hieronymè patres,
 Frustrà indignaris fratribus inde meis.
 Non est Pontificum, non est incuria fratrum,
 Quòd mihi nondum aras constituere sacras.
 Nec minus Ambrosia vescor, vel nectare potor:
 Nil facit ad sanctos hic popularis honor.
 Nec tantum gelidi superis libamina faxi
 Quàm pudor & probitas sancta que vita placet.
 Qui vitam innocuè vixit, hic esto beatus,
 Siue etiam rodant membra relicta fera.
 Sed tu quando pio nostri succensus amore
 Tam petis in nostris thura adolere focis:

Miraculo
ad sepul-
crum eius.

Æger
princeps
ab infirmi-
tate cura-
tur.

S. Benno
apparet in
somnia Hi-
eronymo.
Eusebio
huius hi-
storie au-
thor.

Nè du.

Is fuit poetica inditus relatus ab Adriano VI. tempore Lutheri ad confundendum forte eius impium dogma.

Nè dubita ventura suo stata tempore fato,
Quæ Deus occulta nunc ratione tegit.
Interea nostros sine quæso quiescere manes:
Et quem thure nequis, fac pietate colas.
His dictis, Benno subitis euauit alis:
His dictis, somno sum resolutus ego.

BARTHOLOMAEI STENI BRIGENSIS PHILOSOPHI
& Oratoris carmen Lyricum ad diuum Bennonem.



Qum multorum opera, Benno pater, tibi
Desudare frequens ingenium patet,
Et laudare sacras quisque canoriùs.
Virtutes cupiat tuas.
Quum sint verba quibus liberius fluant,
Et sublimia qui carmina concinant,
Quorum te celebrant ora, lyra, fides,
Cuique ut copia suppetit.
Sed non alter erat, cuius ab intimo
Emanat tua laus pectore gratior:
A cuius modulo suauior increpat
Vox, aut aure sonet tua.
Quàm deuota tui mens Hieronymi,
Vitæ facta tuæ qui canit inclyta,
Qua mores memorat sancta que stemmata,
Et miracula plenius.
Ergò sic meritum diue pater iuua,
Scis illi quid opus: quo neque dignior
Te præco vllus erat, cui tua debeat
Plus pro munere sanctitas.

ITEM HIERONYMI EMSERI CARMEN AD DL
uum Bennonem, quod habebatur in fronte huius historie ante
te Epistolam dedicatorem.

D ue pater Benno pro vita suscipe vitam,
Hoc hostimento nil tibi maius erit.
Tu mihi mortalem precibus producere vitam
Visus, ubi media destituebar ope.
Immortale tibi nomen vitamque repono,
Nam viues scriptis notior inde meis,

MARTYRIVM SS. FERREOLI PRE-
SBYTERI ET FERRUCIONIS DIACONI AC SOCIO.

rum eorum, ut habetur in antiquissimo MS. codice, cui adstipulantur antiquissima martyrologia.

Iunij 6

Irenæus
Lugdunæ
episcopus

Christus
lapis sangu-
latis.



ODEM tempore quo summus sacerdos & martyr eccle-
siæ Lugdunensis sanctus Irenæus Episcopus Christi, lu-
men æternum, & splendor iustitiæ publicè suam prædi-
cationem in Gallijs dederat, & assidue verbum Domini
nostri Iesu Christi gentibus declarat: sanctum Ferreolum
presbyterum & Ferrucionem diaconum ad Vefuncensem
ciuitatem verè ut fundamentum fortissimum ad funda-
dam supra petram Christi Ecclesiam misit, & sicut angula-
ris lapis sponsi cælestis, & ut margaritæ resplendentes ful-
gebant, per quos nomen æternum & splendor gloriæ gentibus quæ in tenebris iace-
bant

SURIUS

g. ber
L. 10. 11. 12.

EVIII

5

bant coruscaret, vt eorum prædicatione ad baptismatis gratiam conuolarent, in quibus erat mira virtus Christi. In verbo enim & sapientia strenui, vultum angelicum & Domini seruitutibus aptum manifestè populis demonstrabant. Agebatur Catholica fides, lætabantur de confuso & victo diabolo quotidie Christi. ani: qui derelinqentes idola, sequebantur Christi vestigia. Similiter sanctus Irenæus Felicem Presbyterum, Fortunatum & Achilleum diaconos, ex suo latere ante gloriosum martyrium suum Valentiam dirigit in urbem. Quibus ingressis, talem Dominus athletis suis contulit gratiam, vt illa paganorum multitudo, quæ in tenebris iacebat, eos plenissimo affectu diligeret. Erat itaque in eis mirabilis Christi gratia: quia vultu placidi, profusi in verbo, vt Dominum corporali consortio sequerentur homines docebant in terris. Sursum quoque corda suspensa angelico habitu sociati terris, splendebant in cælis. Dum ergo essent Spiritu sancto repleti, spiritus in mundos verbo purgabant, ægros, oppressos sanitati reddebant: nec narrare lingua sufficit, quantas virtutes, quantaque signa & prodigia per eos Dominus noster Iesus Christus gentibus demonstrauerit. Tunchi tres beatissimi martyres & confessores Christi extra ciuitatem Valentiam ad Orientem versum sibi tuguriunculum de lignis contextum, locum oratorij dedicauerunt, vbi die noctuque indefinenter Domino Iesu Christo gratias agentes, non cessabant sacrificijs diuinis calum pulsare, eorumque prædicationibus multitudo gentium ad baptismatis gratiam conuolabat. Dum hæc aguntur, quodam tempore cum se sanctus Felix sopori dedisset, expergefactus fratribus narrauit, dicens: Fratres charissimi, vidi locum terribilem splendore munitum, diuersis floribus adornatum, florum & aromatum suauitate miri odoris collocatum, tabernaculum auro gemmisque insignibus constructum: vbi quinque agni sine macula mundi candore splendidi, in eorum arrijs lilia depaſcebant. Dum hanc mirabilem virtutem intuitus essem, audiui vocem terribilem mihi dicentem, Euge euge seruiboni & fideles, quia super pauca fuisistis fideles, supra multa vos constituam, intrate in gaudium Domini vestri.

Sanctus Irenæus suos discipulos ad prædicandum gentibus misit.

Viso Felice presbyteri.

Matth. 26

Dum hanc præclaram narrationem Felicis inuicem sermocinarentur, repleti Spiritu sancto Fortunatus & Achilleus dixerunt: Gloria tibi Domine Iesu Christe lumen æternum, splendor gratiæ angelorum, totius cæli & terræ Dominus, quod nos per seruum tuum Felicem beatificare dignatus es, & nobis indignis manifestare vis vt promissionem tuam possimus dignoscere. Nos ergo esse iubeas tui muneris gratia dignos, quos tui verbi annunciatore præcipuos esse fecisti. Nihil enim in nobis aliquid posse dignoscitur, nisi Domine tua benedictione & virtute muniti, contra hostis insidias & inimici iacula possimus resistere. Ea completa oratione, ecce quidam è fratribus Ferreolo & Ferrucioni beatissimis viris huiusmodi protulit scripta legenda. Viris piissimis & in Christo fratribus Felici, Fortunato, Achilleo, Ferreolo & Ferrucio in Domino salutem. Qui moderatur secula & disponit totius mundi climata, ipse seruis suis ad inuitationem bonæ confessionis arcana sui pectoris non negauit. Cum vigilata nocte me sopori dedissem, vidi reuolutam cæli paginam, & quinque coronas nimio splendore auro gemmisque insignibus adornatas, sydereo fulgere nitore, & singulæ angelorum manibus deportabantur, & signum crucis in medio portabatur. Quod cum admirarer, audiui vocem terribilem mihi dicentem: Venite Irenæi discipuli, percipite promissum vobis patris regnum, vt quia fecistis voluntatem Domini in terris, pariter percipiatis promissum patris in cælo. Viri sanctissimi fratres, quoniam nos Dominus ad martyrij coronam inuitat, confortemur & oremus, vigilemus spiritu feruentes, vt nõ diabolus veniens furetur thesaurum nostrum. Ad hæc Felix, Ferreolo & Ferrucioni quæ viderat adscripta narrauit. Sicque factum est, vt diebus ac noctibus psalmis & hymnis indefinenter Dominum Iesum Christum æternum laudarent. Nunc ergo ad eorum veniendam passionem veniamus.

Fortunatus & Achilleus.

Ferreolus; & Ferrucio discipuli S. Irenæi episcopi.

Passi sunt hi martyres sub Aureliano Imperatore in ciuitate Vesuncensi & an.

Eodem tempore quidam vir Claudius nomine ex ciuitate Vesuncensi ad Cornelium duces exercitus Aureliani Imperatoris Valentiam veniens, cum audisset quod in sanctos Dei, id est, Felicem presbyterum, Fortunatum & Achilleum rabiem suam taliter exercuerat, de Ferreolo & Ferrucione narrare cœpit, dicens: Sunt huiusmodi duæ personæ in ciuitate vestra, per quos iam medius populus nostre religionis cultus auersus est, & colunt Deum qui ab hominibus crucifixus est, etiam

& ancillam vestram coniugem meam, huiusmodi seducentes Christianam fecerunt, virginibusque suadent ne nubant. Deorum nostrorum despectio tam graue subleuata est, ut nullus eos deos esse iam dicat, nec sacrificium quod est placabile dijs nostris propter eos nullus offerre presumat. Nec solum eos placari prohibent, sed & malleis eos confringere presumunt. Quo audito, Cornelius ait: O inuidissimi dii, ut quid virtutes vestre ad nihilum rediguntur, ut iam nullus locus sit, vbi despectio vestra per huius Christianitatis titulum non subleuetur? Quid frater Claudius agemus? Si patrum nostrorum dijs non succurrimus, penè omnis terra se ad Christum tradere habet. Ut quid tam terribile est signum Christi crucifixi, ut ante eum dii nostri pauescant & nobis metum inferant? Sed nec lex Christianorum aliquid commiseri potest legibus deorum nostrorum. Sed accipe literas, & accede ad locum, & huius legis doctores diuersis poenis interfice, ut ceteri metum habeant. Claudius respondens ait: Quæ dictis iubes, factis probabo. Et acceptis literis equitissimi Cornelij, Vesuntensem urbem ingreditur, ac sanctum Ferreolum presbyterum & Ferrutionem diaconum corripi præcepit, qui in crypta paruula se fouebant, sed Christum publice populis prædicabant. Quibus comprehensus, ait: Sacratissimo, rum principum præcepta sanxerunt, ut aut sacrificeris dijs, aut diuersis vos interficiam poenis, ut ceteri metum habeant. Quod si sacrificare dijs nostris volueritis, ex ærario publico remuneratos vos largissimè incolens abire dimittam. Tunc Ferreolus & Ferrutio adspicientes in cælum, vexillo crucis in fronte affixo, dixerunt: Eijce nos, parati sumus, ideoque quod tibi diabolus pater tuus dictauerit fac, nos enim in nomine Domini nostri Iesu Christi semper speramus. Et licet nos diutinis poenis & cruciatibus affligeris, ipsum Christum redemptorem & reparatorem vitæ æternæ confitentes, & in illo credentes, cum ipso semper erimus. Nam pecunia tua tecum sit in perditionem, nobis sufficit vnum Deum colere. Tunc Claudius eos ad trochleas extendi & flagellis cædi iussit. Qui cum flagellarentur, nihil doloris sentiebant, sed qui semper protegit suos Deus hoc illis præstitit, ut angelico habitu & virtute terribili in vultibus resplenderent, dum carnali poena pati viderentur. Quod videntes populi mirabantur. Deinde reclusis eis in carcere, in crastino eos sibi præsentari iussit, & ait: Sacrificatis dijs, an non? Ferreolus & Ferrutio dixerunt: Non sacrificamus, sed nec à bona Christi confessione recedere optamus. Tunc carnifex ira & furore magno repletus, linguas eis amputari iussit. Illi ergo magis accipiebant organum spirituale ad confortandos fratres, & ad prædicandum verbum veritatis & vitæ. Dicebant enim: Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabantur. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Et ad Claudium conuersi dicebant: Sic dii tui possunt facere sine linguis homines loqui, cum ipsi nec loqui possint nec audire? Sed respice in nos & conuertere, & baptisimi ablutione perfundere, & ex toto corde crede Christo, quia indulgentiam peccatorum tuorum mereberis. Tunc Claudius ira & magno furore repletus, acutissimas subulas, triginta vni, & triginta alteri, tam in manibus quam in pedibus, siue in pectore, vel inter omnia internodia malleis ferreis in eos transfigi iussit, & in omnibus sicut ros de cælo descendens, magis eis refrigerium, quam dolorem præstabat, sed cum de dolore nihil sentirent, tunc Claudius eos gladio percussit. Quibus percussis, tantus odor suauitatis & miri timoris locum illum exterruit, ut existimaret populus se diuinitatis ira obumbrari. Tunc Christiani nocte sublata corpora eorum in eadem crypta sepelierunt, vbi semper orationibus, psalmis & hymnis quotidie Domino gratias agebant.

SS. Ferreolus & Ferrutio cōprehēduntur.

Vide martyrum cōstantiam.

Amputatis linguis loquuntur. Mat. 5.

Plectitur capitali supplicio.

SURIUS

g. ver.
h. ver.

EVIII

5

MARTY.

MARTYRIVM SS. VRSICINI ET VITA-

LIS MARTYRVM RAVENNATVM, VT HABE.

tur primo libro Hieronymi Rubei historiographi doctissimi de gestis Raven- natum.



R A E D I C A N T E Euangelium Dei apud Rauennā: 19. Iulij. res sancto Apollinare, multi Christianam religionem amplexi sunt, in quibus Vrsicinus maximè fuit, natione Ligur, medicus egregius, qui medicinam Rauennæ faciebat, Hic ad Suetonium Paulinum virum consularē, multis Taciti & Plinij laudibus celebrē, Neronis, qui Claudio in imperium successerat, Vicarium, quod Christianus esset, delatus, cum inter pœnas & tormenta Christianum nomen integrum seruasset, pœna tandem capitali dā-

natus, cum ad mortem duceretur, non nihil commoueri, animumq; demittere, visus est. Quapropter Vitalis Mediolanensis, qui erat ex Paulini familia, eiusq; prætorianus miles, Christi tamen assēcla, & apud Paulinum pro Vrsicino dixerat, conspiciatus metum hominis, coepit horrari, nè qui in sanandis aliorum corporibus tam strenuè insudasset, propriæ animæ salutem, quæ longè antecelleret corpori, parui duceret: mente recurreret ad cogitationem iucundissimam numinis diuini: sic futurū, vti ea calamitas, in sanctissima suauissimaq; illius memoria conquesceret.

Huiusmodi verbis magis animatus Vrsicinus, ad Palmam (qui locus, seu quod ibi palma arbor olim fuisset, seu quod à victoriæ palma, ex religionis Christianæ hostibus adepra, ita dicebatur) promptè alacriterq; accedit, ac intrepidè mortem subiens, ad decimum tertium Calendas Quintiles obruncatus, euolauit in cœlum. Statim autem perindè ac viueret, cadauer sanctum sese ex humo erexisse, caputq; ambabus manibus apprehensum, ad locum vbi ad sepulturam dandum erat, attulisse, à plerisque memoriæ proditum est: aliqui etiam addunt ex eius collo tres palmæ ramos enatos: cuius admirabilis rei memoria cum plenè interisset, diuo Vrsicino Rauennatum Archiepiscopo, ad eius martyris sepulcrum oranti, Vrsicinum hunc martyrem, caput manibus gestantem, tribus ex collo palmæ ramis prodeuntibus sese ostendisse: quam obrēm ab eo die iussisse Archiepiscopum sanctum, quo perpetuò memoria seruaretur, eius imaginem hoc modo pingi: quod & ad hanc diem cernitur.

Aliquorum est etiam sententia, Vrsicinum hunc quinto Calendarum Maij capite abscissum, diemq; tertiumdecimum Calendarum Quintilis eam esse, quo è diui Vitalis templo, vbi diu iacuerat, ad D. Iohannis Baptistæ ecclesiam, multos post annos translatus est. Nam postridiè eius diei Vitalis, sanctum cadatier, summa veneratione, ipsa in vrbe sepulturæ tradidit: maioremq; deinceps Dei amorè animo concipiēs, mortalia & caduca, ipsumq; Paulinum dominum, deserit, nulli rei, extra caelestem patriam, inhians. Quapropter cum à Paulino accitus, accedere recusasset, iratus Paulinus, præsertim cum illum & Christianum iam esse, & quò minus Vrsicinus dijs sacrificasset, fecisse cognouisset, in carceres Vitalem iubet contrudi, tormentis exquisitis subijci, & in euleo poni: quæ cum omnia patienter fortiterq; tulisset, ad Palmam ductus, cum sacrificare dijs renuisset, ipsumq; Martis simulacrum contumelia affecisset, Paulini iussu, & sacer-

dote Apollinis consulente, in fossam coniectus, in cuius fundo erat aqua, terra & lapidibus obrutus
4. Calend. Maij ad caelestis vitæ præmia migravit.

S. Vitalis pusillanimum Vrsicinum cōfortat.

S. Vrsicin⁹ obruncatur.

Miracula ad eius sepulcrum.

S. Vitalis carceri intraditur.

In fossam coniectus obruitur.

BEATI

p

24. Iunii
quo die ei
festum ce-
lebratur.

S. Iuanis
parentes.

Multas à
dæmone
patitur
molestias
in eremo.

Attende
virtutē sig-
ni S. Cru-
cis.

Vt dæmo-
num infe-
stationes
virtutē ei
compescerit,
& lac-
te ceruæ
nutritus sit.

Boriuoius
primus Bo-
hemorum
dux Chri-
stianus.

Illius Lud-
millæ pas-
sio infra
in vita S.
Venceslai
describitur.

Venit ad
S. Ludmil-
lā S. Iuan.

Eius sobri-
etas.

Sacramen-
tis ecclesie
ante mor-
tem muni-
tur.



IVAN Gestimuli Dalmatiæ Regis ex Elizabetha filius,
Latine Iohannes dictus, salutatis parentibus in eremam
Deo se credens profugit: & formidolosis sylvarum sic-
xibus duce Angelo pererratis in Bohemiam ad huc ido-
lis deuotam, Neclane rerum summā in ea administran-
te, deuenit: idque circa annum Domini 857. Cumque
in specu quadam tribus circiter miliaribus à Praga dis-
iecta molestissimis demonum incurfibus biennio qua-
teretur, fessus tanta insectatione eorum, locum mu-
rans abiit. Ei sic eunti B. Iohannes Baptista obuia fa-
ctus percontari ex eo cepit, quoniam se & cuius rei gra-
tia ahorsum terret. Ille, quod res erat, fatetur, quod con-
turbatus admodum, ut nec consistere, nec moram ferre queat. Hic
Baptista sanctus, rudem teneramque Tyronis Christi militiam miseratus, praefi-
dio Crucis donata eam firmat. Qua ille fretus, intrepidè ad deserta castra redire,
& contra ouantes hostes clamoribus eum incessentes, quod ibi se balneum habe-
re dicerent, insecto signo procedere. Cuius virtutem illi non ferentes, quaquaer-
sum dilabi: ille victoriam prosequi, & intimius ad eos penetrare. Vnus ibi terri-
mus appressò petra corpore proteruius hæretat dæmon, dirissimis vocibus & im-
mani oris rictu, deuoraturò similis frendens. In cuius ille putentem hiatus
Crucem conijciens, adeò illum hoc iactu percussit, ut perfossa grandi petra foras
erumpere coactus fuerit. Cernitur nunc quoque id alte ductum foramen, & pro-
fugi hostis pudendos conatus testatur. Sic compescitis dæmonum efferaus auli-
bus, pacatius deinde 40. & duobus circulis annorum eremitam gessit Iuan, nulli
mortalium annis 14. visus, lacte interim ceruæ, diuina cura ei tempèsticè focunda
vbera exhibere iussa, passus.

Quo tempore Boriuoius Dux feras persequens, ceruam hanc nutricem Iuanis &
sagitta traiecit, & vestigijs eius hærens ad antrum viri Dei ignarus decurrit, mira-
tus ceruam iacentem tam copioso lacte exuberare. Cum vir propro corpore,
veste promissa, impexo & intonso crine, supercilij oculis regentibus, specu pro-
gressus feuerius eum Principe exostulare cepit, quod animal suum telis ap-
petierit. Consternatus Princeps, non expectata talis viri facie, prodigiosamque
belluam existimans, vnà cum comitum manu pedem retrò tulit. Deinde ani-
mosior factus, imperat ei per Christum (quem primus Bohemorum Principum
fide agnouerat) edicere quid hominis fiet. Ille adiuratus nomen, patriam, genus e-
uentusque suos palàm docet: quin & in petraam aulam qua exierat, flagitantem
hoc Principem, inducit, & Dei circa se administrationem euulgat. Rogatusque e-
nixius ut equo se in urbem Tetinam deferri pateretur, (ibi quippè Boriuoius vi-
tam priuata similè cum Ludmilla tenebat) recusauit, & quod equitandi omnino
ignarus esset, & quod commodius consequenti tempore id se obsequiū Principi ex-
hibere posse opinaretur. Monuit interim, ut ceruam quam venator cōfecerat, ege-
nis dispertiretur. Verùm Ludmilla, videndi tanti viri auida, Boriuoiū perussit, ut
mysta suo, cum sex famulis & asino emissis, eum ad se deportaret. Cui aduentanti,
& illa, & ille honoris ergò longè progressi aue detulerunt, & suscepti intra limina
dignis eorum nomine epulis honorarunt. Sed ille ieiunij lege perpetua appetitum
gustatumque suum definiens, nihil ex eis libare, nedum comedere elegit, sed ad sua
specu adhelans, finito cū ijs de diuinis rebus colloquio, quamprimum reuertit con-
tendit. Reuersusque est Sacerdote Paulo & sex comitibus stipatus, omnibus regijs
aulis, excelsi sui antri præferens horrorè. Ad eum triduo post Paulus Mysta profectus,
lapsibus vite veteris eius auditis, eum & expiauit, & re diuina ad aspectu eius facta,
sacro Christi corpore cū refecit. Quo ille summa animi & corporis demissione su-
pto, traditaque presbytero cruce parua, q̄ D. Iohannis Baptiste gratia ad retundendos
impe-

SURIUS

RVITI

5

impetus dæmonum acceperat, tertia die post Synaxim, ex spelunca tenebricosa, ca-
li regiam adijt, corpore tantum ibi (nam ita fieri poposcerat) deposito. Quo in lo-
co Boriuoius monasterium sub nomine D. Iohannis Baptistæ à se ædificatum, ami-
plis prouentibus dotauit, duobusque sacerdotibus eius curam pro tempore tradi-
dit. Eò postea viri ad normam D. Benedicti uiuentes traducti sunt.

Abit in ca-
lun.

Noster esse uoluit Iuan, vt nostra damna leuares: le-
ua obsecramus.

EPISTOLA BEATI PETRI DAMIANI EPI-
SCOPI OSTIEN. ALEXANDRO PAPAE MISSA,
*de vita sancti Rodulphi Episcopi Engubini & Confesso-
ris, quæ habetur octauo Tomo*
Aloysij.



DOMINO Alexandro beatissimo Papæ, Petrus pecca-
tor & monachus seruitutem. Præcepit mihi beatitudo
tua, venerabilis pater, vt nunquam tibi literas mitte-
rem, quæ leue quid & obliuione dignum, ac friuolum
continerent: quas scilicet, mox vt lector transiliendo
percurrerit, edax flamma consumit: sed tale tibi sem-
per aliquid scriberem, quod & ad ædificationem legen-
tium suscipi, & inter scripturas mereretur authenticas
referuari. Vndè patri luminum agenda sunt gratia, qui
sacrarium tui pectoris, hoc igne sui amoris accendit, vt & in antiquorum patrum
studijs iugiter requiescas: & insuper si qui tibi videntur idonei, ad scribendum eos
prouocare non negligas.

Iunij 26.

A vobis itaque nuper egressus, cum Florentiæ vrbs mœnia subij, nuncius mihi
mox repentinus occurrit, qui mihi diem medium in tenebras vertit: omnium.
quæ meorum viscerum venas, amarissimæ legationis felle compleuit, Episcopum
scilicet Eugubinum esse defunctum, cuius vtiquè conuersatio si recolitur, non me-
diocriter ædificare poterit audientes. Valet enim & ad exprimendam rectè viuen-
di formam, & ad exhibendam corrigendis moribus disciplinam. Nam ante ferè
septennium, ille cum matre & duobus fratribus se paulisper ætate præcedentibus,
seruis duntaxat libertate donatis, castrum suum mihi inexpugnabili munitione val-
latum, cum omnibus quæ sui iuris erant prædijs contulit, atque ad eremum veni-
ens, habitum monasticæ professionis accepit. Monasterium planè in eorum pos-
sessione construximus, de cuius nunc sancto conuentu regulariter victitante, satis
in Domino gratulamur. Vbi cum matre, & fratre, quo inferior est constitutus iste
Rodolphus, qui postmodum ad Episcopatus culmen euectus est, & Petrus pri-
mogenitus frater eremiticam vitam tam continenter, tam districtè duxere, vt & au-
dientibus prædicaret eos fama mirabiles, & cõiuuentibus, vita monstraret insignes.

S. Rodul-
phus fit mo-
nachus.

Item Pe-
trus frater
eius.

Sanè si de Petro vellem cuncta referre, quæ suppetunt, prius schedula fortassis
ista deficeret, cum adhuc dicendi materia superesset. Nam vt è multis vnum sal-
tem breuiter referam, dum in capitulo consideremus, aliquandò de disciplinis re-
gularibus disputantes, ille vt erat nouitius, vnum ex seculari consuetudine inor-
dinatum protulit verbum. Tunc ego velut ira permotus, dura satis illum inue-
ctiōe corripui, postque redargutionum atque correptionum longiora flagella,
tanquam quæstione pulsato sententiam inferens, per quadraginta dies illum vino
abstinere præcepi, ea tamen intentione, vt tantum ad præsens illum cum cæteris ab
incautis sermonibus deterrerem, postmodum verò sententiam discretæ remissionis
moderamine temperarem. Sed cum me contigisset diuersis intentum esse negocijs,
neque hoc mihi aliquis in memoriam reuocasset, elapso iam præscripto dierum
circulo, tandè recordatus expaui, & quid ex iniuncta sibi pœnitentia Petrus egis-
set, attonitus exquisiui. Fratrum vtiquè relationibus didici, pœnitentiam esse pera-
ctam. Pœnituit (fateor) prolata sententiæ sed gaudens admiratus sum tantam
patientiam fratris, vt pro vno solo verbo inconsultè prolato, tam longam pœni-
tentiam pertulisset, & neq; per se, neque per alios indulgentiam postulasset.

Ecce vt o-
lim viguit
ordis di-
sciplina.

SURIUS

q. bar.
Novar.
RVIII
5

S. Rodulphus nihil de rigore monastico deponit in Episcopatu.

Nuncigitur ad Episcopum, à quo coeperat, sermo recurat. Quamuis enim Petrus idem, ut maior erat ætate, nihilominus etiam in ardui propofiti & diffrictæ vitæ femper præcederet itinere, hic tamen ad sacerdotalis officij iura promotus, quod in eremo didicit, in Ecclesia non omisit. Eisdem quippè terebat membra cilicij, eisdem femper contentus erat perexiguus ac despiciabilis indumentis. Planè dum iuuenilis ætatis ingruente natura grauissimam sæpè pateretur accidiam, laquearibus cellulæ funiculos innectebat, sicque vlnis infertis psalmodiæ studio pendulus insisteat. Nunquam adipe, nunquam ouis vel caseo vescatur. In eisdem verò, quæ apponebatur, edulij continens eum frugalitas cruciabat, ut discumbens non tam se reficeret, quam decertaret, & intestinum potius esset gulæ bellum, quod extrinsecus videbatur esse conuiuium. Sæpè pugnavi ut saltem in hyemalis inclementia frigoris, aut papyrinæ sibi stercæ stramenta supponeret, aut vestitus saltem nocte dormiret. At ille in nuda ligni tabula nudus sola contentus interula cubitabat. Ecclesiam porrò deputabat hospitium, solitudinis autem cellulam habitaculum decernebat. Inconditi siquidem mores populi, & indisciplinata ceruices, leue iugum Domini nequaquam sibi patiebantur imponi, sed maneribus terrenis intenti, non ex ore Pontificis Dei verbo, sed tanquam de manib. Præsidis commodis inhiabant. Hæc enim regio quo magis aliena inuenitur diuitijs, eo copiosius exuberat vitijs. Ab egendo siquidem denominari videtur Egubium, velut egens bono. Ideoque me vim ingerente coactus, Ecclesiam, quam dimiserat voto, retinebat officio, in eremo tamen perseverantius habitabat.

Lea' eius.

Panis.

Quandocunque impetrare poterat ut suo modo panis fieret, edebat panem, non fratrum, non puerorum, sed eum, qui vel ex puro fieret hordeo, vel ex cantabro potius, quod proijciendum canibus de puerorum panibus remansisset. Et licet præter celebriores dies hoc esset quotidie pane contentus, mensuram tamen attentius æquatis lancibus appendebat. Vnde mecum quandoque conuestus est, quia si sibi mensura concederetur, hunc eundem panem prurienti gulæ largius indulgeret. Tanta quippè iuenculum hominem castigabat inedia, ut vnde nam solatium alimenti perciperet, vacuo ventre stomachus non curaret. Aliquando verò etiam diebus Dominicis pulmentum nesciens, pomis tantum, & pane cum aqua vivebat. Ferreo circa pectus circulo iugiter cingebatur, quem tamen circulum sub ventre dimersum, dum coram fratribus nudaretur, diligentius occultabat. Nunquam scilicet capitulo confessor intererat, in quo non acciperet disciplinam, & tunc festinus exultabat, si non ab vno tantum, sed à duobus fratribus flagellari iuberetur. Sæpè poenitentiam centum annorum suscipiebat, quam scilicet per viginti dies allusione scopolæ parum, cæterisq; poenitentia remedijs persolvebat. Psalterij quotidie, cum bis non posset, semel saltem non negligebat implere. Quod nimirum, cum esset in cellula constitutus, armata scopis vtraque manu, totum cum disciplina recitare consueverat.

Circulū pectorale.

Gaudet disciplina.

Porrò autem cum in expeditione esset aliqua constitutus, quantalibet intempesta noctis profunditate consurgeret, nudis semper cruribus & pedibus, usque dum dilucesceret, psallere non cessabat. Quam videlicet consuetudinem, dum in cella consisteret, diebus, ac noctibus sine cessatione seruabat. Quamlibet grauis bruma rigesceret, simplicibus focis muniebat pedes, cum tamen frater eius solis calcis contentus esset. Sæpè me per clementiam Christi terribiliter adiuuabat, ut si quando fortassis excederet, nequaquam me ab eius correptione subducerem, sed omnem in eo disciplinæ modum, qui monachis debebatur, implem. Ità planè & regulam monachi, & auctoritatem Episcopi sub altera vicissitudine laudabiliter obseruabat. Opportunè siquidem & importunè verbo prædicationis instabat, & quicquid surripere valebat expensis, benè prodigus in pauperes dispergebat. Congregans annualiter synodum, nullum assuetæ oblationis vel xeniorum canonem à clericis exigi permittebat, sed ne ab ipsis quidem commodum aliquod, præter solam poenitentiam, requirebat: Absit, inquit, ut synodum vendam. Lapsos etiam potius erigam, quam ex eorum cadaueribus coruino more pinguis fiam. Tædet vltimè scribendo procedere, & velut paternas à pictura manus dolor videtur lacere.

Instat sancto prædicationi.

Felix obiit tuscus. Sap. 4.

Hisigitur, & huiusmodi virtutum floribus adornatum, quasi cædens lilium immatura mortis pruina decoxit, ità ut cum vix triginta plus minus videretur annorum, ad veræ lucis authorem ex hac infelici luce migrarit. Consummatus enim in bre.

brevi (sicut scriptura loquitur) explevit tempora multa. Placita enim erat Deo anima ipsius. Et iure consummatus in brevi, multa tempora dicitur explevisse, qui dum in eo parvo, quod vixit, iustitiam tenuit, quantum ad se, omnia tempora in obsequium conditoris expendit. Planè quicquid illic de sancto viro sapientia loquitur, ita huic per omnia congruit, ac si de illo specialiter diceretur. Senectus, inquit, venerabilis est, non diuturna, nec numero annorum computata. Cui sunt autem sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata placens Deo. Unde & sequitur: Factus dilectus, & vivens inter peccatores, translatus est. Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam eius. Propter hoc properavit educere illum de medio iniquitatis. Amen.

VITA SANCTI VIGILII MARTYRIS
ET EPISCOPI TRIDENTINI, UT HABETUR IN FRON.

te operum eius contra Eutychem tomo quinto Bibliothecæ

SS. Patrum, Margarini de la Bigne Doctoris
Theol. Parisiensis.



VIGILIVS patria Romanus, illustribus ortus paren-
tib, Athenis liberales artes, & sacras literas didicit,
breuique tantum sibi pietatis & eruditionis thesau-
rum per Dei gratiam comparavit, ut annos natus
viginti, ab Aquilegensis Episcopo, ad quem divina
delatus fuit providentia, pastor ordinaretur Tridē-
tinorum, quibus mira fide & constantia Euangeliū
Iesu Christi prædicavit, & potentiam beneficiumq;
eius, miraculis in Christi nomine designatis com-
mendavit. Cæcis enim visum & surdis auditum red-
didit, mutorum linguas soluit, & dæmoniacos, &
varijs morbis vexatos sanavit. Præterea stylum in
hæreses strinxit, & hæreticos, ut sinceritatem do-

26 Junij.
Parentes
& patria
sancti Vi-
gilij.

Creatus
Tridentin^o
Episcopus.

Miracula
eius.

ctriinæ Apostolica plenè assereret, & purgatam Ecclesiæ Christo contradere. Ex-
tant hodie quinque eius libri contra Eutychem: non extant, quorum in quinto
libro meminit. Ait enim se libros aliquot composuisse de Conciliorum decretis,
& nominum religiosè novitate, contra Sabellium, Fotinum, & Arrium. Porro
cum divinæ bonitati iam visum esset fidelem servū in gaudium Domini sui intro-
ducere, placuit ipsum prius martyrij quoque corona decorare. Quemadmo-
dum itaque hæreses constanter impugnarât, ita idololatriam nefariam funditus ex-
tirpatam cupiebat. Prostabat autem in valle illa quæ flumen Sarcham fundit, Sa-
turni æreum simulacrum, quod incolæ homines feri & agrestes, magna religione
venerabantur. In hanc itaque serendi Euangelici seminis gratia profectus Vigili-
us Raudenam, fratribus germanis Claudiano & Maiorano, Iuliano item presbyte-
ro comitibus, peruenit, ac protinus in ipsum idolum incidit. Zelo itaque Dei exar-
stuans, spiritu lætus ac alacer, Saturnum aggreditur, ac spurcum idolum deiecit, fræ-
git, & in præterfluentem conijcit, ut turpissimæ rei vel memoria apud posteros in-
teriret, solius autem Domini nomen sanctificaretur & regnaret. Mox verò in ba-
sim seu fulcrum deiecti idoli residens vir Dei, verbum Domini illis, qui eius faci-
noris spectatores fuerant, prædicare cœpit, testificans salutem veram non aliunde
vel sperandam vel petendam esse, quàm à Iesu Christo, Dei & hominis filio. Cæte-
rum barbari & impij idololatræ, deum & religionem suam contumelia affectum
putantes, concurrunt, & servum Christi, animam suam Patri commendantem, la-
pidibus sternunt, obtegunt atque collidunt, anno ætatis suæ quadragesimo, Episco-
patu vigesimo.

Libri.

Confrin-
gie Satur-
ni simula-
crum.

Lapidibus
obruitur.

Floruisse videtur sub Imperatore Anastasio: quo tempore & Gela-
sius Antistes Romanus, & Fulgentius Apher claruere,
circiter annum Domini 500.

MARTYRIVM SANCTI ZOYLI CORDVBENSIS, VT HABETVR IN LVCII MARINEI SICVLI,

Regij historiographi, de rebus Hispanie libro quinto.

Iunii 27.

Parentes
& patria
S. Zoyli
martyris.

BEATISSIMVS martyr Zoylus, parentibus clarissimis Cordubensibz progenitus, ab infantia Christianus, cum esset adolescens, & publicè Christum confiteretur, subito a paganis arreptus, ad prætorium cuiusdam iudicis præsentatus est: atque ab ipso vt ad culturam dæmonum rediret, diu est exhortatus. Qui dum multa dierum spatia, tam sermone quam muneribus admonitus esset, in cœmeterio præfata ciuitatis, cum peregrinorum corporibus est sepultus, nè aliquandò à Christianis cognosceretur, & digna veneratione coleretur. Sed cum Christo donante pax Ecclesiæ dedita esset temporibus Regis Sisebuti, quidam vir nobilis de Gothorum propagine clarus, Agapirus nomine, ex laico vitam appetens monachi, sic ad summum sacerdotium electus est. Et quoniam pro amore Christi seculum dimiserat, non distulit illum fraudare bonis suis. Cum corpus suum ieiunij maceratum in stramine reclinarer, per quierem noctis ostensum est ei, quò loco corpus prædicti martyris iaceret: & quò nomine vocaretur, & pro cuius amore capite plexus esset. Qui manè factò, congregatis fratribus & vulgi multitudine, quæ viderat indicauit, atque cum omnibus Christianis ad ostensum sibi locum sine mora perrexit. Ad quem perueniens, raltum manu arripens effodere cœpit, quousquè ad corpus beatissimi martyris, sicurà paganis fuerat absconditum, Deo iuuante peruenit. Quo quidem inuento, gaudio magno repleti sunt omnes. Præfatus deniquè Episcopus, præ amoris magnitudine, cum corpus beati Zoyli demulceret osculis, atque indignum se iudicans, vt manibus suis tanti viri tangeret reliquias, subito, osculando crebrius, caruit primorum dentium adiutorio. Quos ad oris officio, vt minutos esse conspexit, in sarcophago, vbi viri corpus humatum fuerat, proiecit. Peracto inuentionis obsequio, sequenti nocte per visum S. Zoylus ita affatus est ei: Cur me sæpius osculando verberasti? Iam pro eis quæ à me poposceras intercedens à Domino Iesu Christo impetrasti, & nunc certus esto, quia dimissa tibi sunt peccata.

Sepultura
eius inter
peregrinos.Corporis
eius inuenta.Deuotio
piscorum
erga sanctas reliquias.

SOPHRONII PATRIARCHÆ HIEROSOLYMITANI, DE LABORIBVS, CERTAMINIBVS, ET PEREGRINATIONIBVS SANCTORUM APOSTOLORUM PETRI & PAULI. HABETVR TO.

*2. Bibliothecæ sanctorum Patrum Margarini de la**Bigne S. Theolog. Doctoris Parisiensis.*

Iunii 29.



PETRVS genere fuit Hebræus, habitabat in Galilæa, regione Palaestina, patria eius Berthaida. Simconem iustum, qui Christum in vlnis tenuit, compatriotam habuit. Pater Petri Ionas, fuit temporibus Hircani, qui aures suas cum regno (id est acitante fratre) amisit. Frater Petri andreas. Cepit que vxorem Petrus filiam Aristoboli, fratris beati Barnabæ Apostoli, ex qua suscepit filium & filiam. Andreas cælibem ducens vitam, præcursoris Domini factus est discipulus. Petrus negocijs intendebat, vt qui vxori, familia, ac patris senio prouidebat. A Christo, Petrus, ob mentis firmitudinem appellatur. Super fluctus maris tanquàm incorporeus ambulat. Transfigurationis Domini in spector vocem primam audiuit.

Matth. 16.
Matth. 14.
Matth. 17.Mar. 9.
Luc. 9.
Iohan. 21.

Non exasperari contra peccatores eruditur, illique mundi procuratio committitur & traduntur cælestium thesaurorū clauis. Super cæterum Apostolorum constitutus

SURIUS

g. ber
nover
RVII
5

stitutus est: Mathiā sufficit in Apostolatam. Non solum miraculorum magnitudi-
ne, sed & verborū efficacia auditores, vxorē habens, ad fidem Christi rapiebat: cōsti-
tuitq; 10000. virorum Ecclesiā. Ananiam & vxorē sola increpatione prostrauit. In
Lidda Aeneam paralyticum sanat. In Ioppe Dorcadam fuscitat. In Cæsarea Corne-
liū centurionem, cum sua tota familia ad Christum vocat, baptizat: Spiritu sancto
implet, lintheum videt, vt portam fidei, per reuelationem gentibus aperiat.

Ab Herode Agrippa duabus catenis vinctus, & traditus quaternionibus militū,
carceri mancipatus soluitur ab Angelo. Occasione perfidiæ Simonis magi, Syriam
discurrit, adhuc autem & Pontum, Asiam & Galatiam, & vbique seminando ver-
bum vitæ, Romam peruenit. Sidone, Beryth Billi Episcopos ex his qui cum comi-
tabantur duos ordinauit. Apud Tripolim Phœnicia, Marcum hospitem suum, An-
tiochia, Antaradi, Acadi, Balneis, & Pelta, Gazata, & Laodicia. Martianum in Sy-
racusa Sicilia, Brancatium Tauromenij, Thianum Cappadocia, Ancyra Gallacia,
vbi & fuscitat mortuum, in Ponto Sinope, Mytico Hellepontis, Gauræ Paphla-
gonum, Claudiopoli, Honoriadis, Nicomedia, Bithynia, Nœcæ: & ex prima pro-
fectione sua in Cæsaream per Cappadociam & Syriam (tertio iam anno vocatio-
nis elapso) redijt Hierosolymam. Deinde rursus per Antiochiam & Nicomedi-
am, vbi Prochorum præficit in Episcopum: tum demum Romam peruenit, ibiq;
cum Paulo Apostolo 30. Neronis anno passus est. Vide Tertullianum vbi ait, mor-
tis Petri & Pauli mentionem in annalibus haberi.

Matth. 16
Act. 1.
Act. 5.
Act. 10.

D. Petrus
Romam
venit.

S. Petrus
Romam pas-
sus.

BEATI PETRI DAMIANI EPISCO-
PI OSTIENSIS SERMO DE SANCTO PETRO APOSTO-
lo. *Habetur octauo Tomo Aloysij.*



ADOLESCENTVLAE dilexerunt te nimis. Pe-
trus Apostolorum princeps, & principum
primus, hodiernam diē nobis reddidit clariorem. Sa-
cra profecto dies, quia sacratissimo homini consecra-
ta, & illius assignata præconijs, quem conuentus Ange-
licus non mediocriter reueretur. Vnus est enim, quē
nobilitat singularis primatus insignia, clauicularius
regni, celorum lingua, fidei fundamentū. Cōsumma-
tus honor, & dignatio gloriosa, hominem in terris po-
sitū cælis imperitare, & inter Angelorū choros iudici-
aria potestatis exercere virtutē. Sedet dominator Do-
minus inter agmina lucidiori luce fulgentia, & de Thronis ad Cherubin transuo-
lans, vices sessionarias intermutat. Quamobrem admiranda quidem sessionum
mutatio, longeque rationis humanæ superducta conspectibus, cum modò Thro-
nos, modò Cherubin insedis se legatur. Et licet assistant Angeli Præsidentis imperi-
um expectantes, & Administratorij spiritus assignata sibi ministeria sortiantur: nul-
lus tamen eorum ligandi atque soluendi possidet potestatem. Adest Petrus, & ad
eius arbitrium orbis vniuersitas soluitur & ligatur, & præcedit Petri sententia sen-
tentiam Redemptoris: quia non quod Christus, hoc ligat Petrus, sed quod Petrus,
hoc ligat Christus, ipso id ipsum attestante. Quodcumq; inquit, ligaueris super ter-
ram, erit ligatum & in cælis.

29. Iunii
Cant. 1.

Eccē quod
modò bea-
tus Petrus
nobilitate
est: apola-
ris pri-
matus insig-
nijs.

Ad Petri
arbitrium
orbis vni-
uersitas sol-
uitur & li-
gatur.
Matth. 16.

O quam potens dignitas, quam digna potentia. Iudicat Petrus, & Petri iudicia
confirmat Omnipotens, & est in manu Petri, manus Altissimi, solusq; ille efficitur
familiaris Christi, qui Petri familiaritatem habuerit. Quid est, quod Angelorum &
hominum agminibus exclusis, solus Petrus in consortium diuinæ maiestatis, &
cum Domino residet præfidente? Dulce colloquium, sancta conuersatio: confi-
lium speciale Petri & Dei, vbi secretorum indifferentia mortalem hominem Deo
copulat & cœnit. Non ergo mirum, si ardentiori affectu diligit Saluatorem
Petrus Apostolus, cum singularis amor refusus sit in eum, vt & singulariter diligit,
& specialiter diligatur. Anima eius vna est de adolescentulis, quæ dilexerunt eum
nimis. Puerilis ætas nondum amori congruit, senilis desijt ab amore. Puer est, qui
nondum æternis studere cœpit: senex est, qui cœperat, sed dimisit. Vtrosque igitur

Ve Domini dilexit S. Petrus apostolus. ille summus amator excludit, & à maiestate suæ dilectionis eliminat. Sola adolescentia ardentissimis ignibus incandescens, eclipticum amorē non recipit, sed ardorem sibi vendicat copiosum. Inter adolefcētulas igitur, animas videlicet electorum, quæ cælesti sponso dilectionem promiserunt & fidem, ista sola dilexit ardentius, & amoris impatiens ait: Domine si tu es, iube me venire ad te super aquas. Nō timuit singularem elementis molestiam, & pelagi sæuientis vndositas affectum. Apostoli retinere nō potuit. Sed quid est quod dicit, Nimis, cum nimis ille diligere nō possit, qui toto corde, tota anima, totis viribus præcipitur diligendus?

Tres gradus amoris Dei quorum primus est amare dulciter.

Tres sunt gradus in amore Dei, quorum alterum sine altero conscendere, aut parum valet, aut nihil. Cucurrit eos Apostolus pede velociori, donec in tertium summitate repositus, ad cæleste palatium euolare. Amandus enim est Deus dulciter, sapienter & fortiter. Sed iam videamus quid sit dulciter amare Deū. Dulcis enim est, & dulciter diligere debet, qui multitudinem dulcedinis suæ vel amantibus, vel timentibus se ministrare non cessat. A matur in dulcedine eum amatur in carne, cum nescimus nisi Christum Iesum, & hunc Crucifixum, cum tota carnis eius frequentia frequenti memoria retinetur, & ossa nostra medullitū concutit tantæ miserationis dignatio. Cum enim recordamur Regem gloriæ paruuli vagientis sustinere miseria, pannorum vilium vilitate deuolui, fatigatum ex itinere residere, pharisæorum opprobria, conuitia Iudæorum aure patientissima pertransire, nunquid non compungi debemus ad tantæ pietatis intuitum? Considera filium virginis illitum spiritus, liuidum plagis, clavis confixum. Attende Rectorem cæli stantem in Cruce, palidum morte, carne deformem. Ne pertransas Dominum Angelorum, factum opprobrium hominum, virum dolorum & scientem infirmitates, virum percussum à Deo & humiliatum, virum leprosum & omnibus expositum detrimentis. Hæc recordatio succendit cor, pectus adurit, interiora depascitur. Talis memoria elicit lachrymas, suffundit oculos, vultus humectat.

Esaiæ 54.

Circa hunc ferè gradum obuoluitur omnis religiosorum instantia, raræ, auis in terris est, quæ possit hunc transire profectum. Adstat enim orantibus vel imago nascentis Dei, pel pendens in Cruce, tenetque mentis affectum incallescens affectio, & ad vteriora vix permittit excurrere. In hoc gradu Petrus impressus consistebat, cum carnem & conuersationem Iesu Christi tenerrimè diligens, Saluatorem etiam à saluatione generis humani retraheret, dicens: Propitius esto, Domine, tibi ipsi, ne fiat hoc. Cui Dominus: Vade, inquit, post me, satana, quia non sapis quæ Dei sunt, culpans consilium, non affectum. Diligebat enim dulciter, non tamen sapienter. Quomodo enim sapienter, qui mundi redemptionem & Dei prouidentiam nitentur excludere? Sed succenderat cor eius familiaritas dulcor, & verbum de Redemptoris absentia pati non poterat benignitas diligentis. Hic diligitur Deus ex toto corde, cum in corde hominis affectus & dulcedo inhabitet, solumque cor hominis amoris dulcedinem perseveranti stabilitate custodiat. Vnde & vulgaris vsus obtinuit, vt cum aliquem ab aliquo vehementer amari conspiciamus, dicamus: Ex corde diligit eum: quem scilicet amat & sequitur.

Matth. 16.

Dulciter diligere id est ex corde.

Secundus est, diligere sapienter. Gradus iste multæ altitudinis est, & nimis difficilem pollicetur ascensum. Non autem euadit ad cacumen eius, nisi mens mundior, & quæ mundi huius sapientiam sapientia superuolat Angelorum. Non attendit hic nascentis, vel itinerantis Dei cumulata deuotio, sed Verbum in principio apud Deum. Recordare Filium Dei cum Patre omnia fabricantem, creatorem Angelos, elementa iungentem, disponentem mundum, omnia gubernantem, & cognosce quàm excelsior sit ista cognitio, quàm illa. Intuere ineffabilem ipsius genituram, & Genitum Gignenti non dissimilem, nec priorem Patrem quàm Filium, & tunc intelliges quanta differentia natiuitatem vtraque distinguat, cum aliud sit nasci in gloria, aliud in miseria, aliud æquale Deo, aliud Angelis esse minorem. Hæc est sapientia singularis, supergredi corporis & corporeorum obstacula, & in illius lucis subsilire splendorem, vbi lumen videretur in lumine, & Deus non seruiens, sed imperans demonstratur. Felix anima, quæ seculentæ carnis superata materia, in huius sapientiæ lumine requiescit. Vis videre Paulum, quomodo à primo gradu ad secundum ascenderit? Cum dixisset, Mihi absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi: Scripsit alio loco: Et si noueramus Christum secundum carnem, sed nunc iam nō nouimus. Hic affectus sapientiæ sedet in anima, quæ sola rationis

Gal. 6. 2. Cor. 5.

SURIUS

g. ter
10. ter
RVIII
5

DE S. PETRO APOSTOLO.

177

Omnia capax est, incorporeumque & incircumscriptum spiritum indefessa meditatio prospectat. Hic diligitur Deus ex tota anima, id est, ex tota sapientia, qui prius ex toto corde, id est, ex dulcedine diligebatur.

Tertius gradus est amare fortiter, id est, ex omnibus viribus. Fortiter diligit, qui cum necesse fuerit, pro Saluatoris fide corpus & animam tormentis exponit. Hic est fructus operis, laboris consummatio, probatio dilectionis. De gradu enim dulcedinis ad sapientiam gradum ascenderat Apostolus Petrus, cum diceret: Animam meam pono pro te. Nihil sapientius, neque fortius, quam animam meam pono pro te: nil insipientius, neque debilius, quam neque scio, neque noui quid dicas. Profecto iam diligebat dulciter, iam sapienter, sed utrumque perdidit, cum fortiter non dilexit, cum ad vocem mulierculæ Dominum & Magistrum suum celeriter abnegauit. Sed cum mori pro Christo disposuit, dilexit nimis: quia maiorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Affixus Cruci à fide separari non potuit. Vides ergo, quomodo tres gradus istius trinitatis legis dilectioni conueniant. Itaque amemus dulciter, sapienter, & fortiter, ut ad Magistrum Petri, Petri intercessionem peruenire valeamus, qui est benedictus in secula, Amen.

Sapienter diligit, id est, ex anima.

Tertius gradus, diligere fortiter.

Matth. 26.

Iohan. 13. Fortiter diligit, est animam pro Christo ponere.

EIVSDEM BEATI PETRI DAMIANI SERMO DE SANCTIS APOSTOLIS PETRO ET PAULO. Habetur ut supra 8. Tomo Aloysij.



Hodierna dies, dilectissimi, clara est & solemnis, vniuersamque creaturam suo lumine sanctificat, & infundit. Non enim est ignota festiuitas, vel alicuius obscuritatis tenebris offuscata, sed ab ortu solis vsque ad occasum toti cognita mundo, ipsis etiam cælis clara luce relucens. Duo enim Apostolorum principes, Ecclesiæ luminaria, martyres summi, legis doctores, amici sponsi, oculi sponsæ, pastores gregeis, mundi custodes, hodierna die cælestia regna felici martyrio conscenderunt, alter princeps regni cælorum, alter aptus ad tertium cæli: alter Iudæis prælatus, alter gentibus datus: in vita socij, confortes in morte, in corona pares, æquales in gloria, Iudices orbis, Domini cõfessores.

Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli festiuitas, toti cõgnita mundo.

Psal. 25.

Matth. 16.

Matth. 26. Luc. 22.

Rom. 11. Act. 9.

Ecles. 9.

2. Cor. 11.

Cuius Principes Ecclesiæ frequenter labantur.

Apoc. 11.

Olei quatuor priorum.

pote.

Admiranda prorsus dispositio Redemptoris, & iudicia Dei abyssus multa, cum illos Ecclesiæ suæ præfecit, qui sic criminaliter lapsi sunt, ut in peccatorum fluctus absorberentur. Cum intueor Petrum, quem ipsa manus omnipotentis regni cælestis clauibus inuestit, cui Pater reuelat Filij maiestatem, super quem fundatur Ecclesia, cui potestas ligandi & soluendi conceditur, qui cælos claudit & aperit, quod Cherubin & Seraphin habere non legitur, vehementer admiror. Rursus cum reflecto oculos, & eundem Petrum video à longè sequi Saluatorem, & ad vnus ancillæ vocem detestari & iurare, Quia non noui hominem, ipsumque quem Dei Filium confessus fuerat, trepida fugatione relinquere, timore concutior, dicens mecum: Quis cognouit sensum Domini? Cum respicio Paulum spirare minas & cædes in discipulos Domini, victos ducere, damnare morti, & in corpus Ecclesiæ tota debacchatione sauire, intra memetipsum contremo, dicens: Nescit homo vtrum amore an odio dignus sit. Cum respiro desuper, & video vas electionis portare nomen Christi coram gentibus, & Regibus, & filijs Israël, ad tertij cæli secreta raptari, & audire arcana verba, quæ non licet homini loqui, & in illam ipsam Trinitatem oculis figere clarios, gaudeo, dicens: Hic est vir, qui non est derelictus à Domino. Quid est, quod sic labuntur, qui præficiuntur Ecclesiæ? Sapientia sua inter disponens omnia, hæc ideo fecit, ut in seipsis prædicti Principes discerent, qualiter alijs misereri deberent.

Huius virtutem misericordiæ præfens capitulum demonstrare conatur. Isti sunt, inquit, duæ oliuæ. Digna prorsus comparatio oliuæ ad Apostolos, nec alia dignior est inuenta. Arbor enim ista semper viridis est, & illum excellentissimum olei liquorem effundit, sine quo nec regia, nec sacerdotalis constar authoritas. Oleum autem quatuor habet, supernatat omnibus liquoribus, illuminat, pascit, & vngit. Cuicumque enim liquori oleum superponas, statim sibi superioris loci vendicat

- potestatem : ita & misericordia Dei omnibus eius operibus præsertur, Psalmista testante, qui dicit : Miserationes eius super omnia opera eius. Misericors & misericors, patiens, mitis corde, & suavis vniuersis, Dominus predicatur. Est autem & iustus, sed nunquam multum iustus legitur in scriptura, sicut multum misericors. Vis videre quomodo discipuli sequuntur Dominum, & Magistrum suum? Adspice illum omnes viduæ flentes, & ostendentes tunicas & vestes, quas faciebat illis Dorcas. Circundatur multitudine pauperum Apostolorum princeps, & vocibus lachrymosis concurritur viduarum, Apostolicumq; pectus irrupit clementiæ multitud. Orat Apostolus ante vultum gloriæ coram Domino maiestatis, resuscitatur mulier, & miseris redditur misericordiæ propinatrix. Hac misericordia facit Petrum ab Hierusalem in Antiochiam currere, ab Antiochia venire Romam, prædicare verbum Dei, subuenire peccatoribus, peccatis parcere, misericordiam superexaltare iudicio. Adspice & Paulum, & intellige quàm dulcioris misericordiæ cumulat benignitas totam Apostoli mentem vera compassione succenderat. Quis infirmatur, inquit, & ego non infirmor? Doleo, inquit, & lugeo super eos, qui peccauerunt & non egerunt poenitentiam. Beata anima, quæ omnium miserias suas fecerat, vt omnes lucrifaceret. Hoc affectu nauigat in Hierusalem, lapidatur, verberatur, affligitur. Indè currit ad Ephesos, Corinthios quat, circuit Colossenses, Philippenses visitat, reuertitur ad Romanos, misericordiam spargit, vbique diffundit pietatem, & caelestium seminat semina gaudiorum. Certis ergo, quia sicut oleum omnibus liquoribus antecellit, sic & Apostolica pietas omnibus eorum virtutibus antefertur.
- Aff. 5.** Illuminat oleum, illuminant & Apostoli. Recole actus Apostolorum, & vide quanta luce fulgurat Apostolus Petrus. In plateis, ait Scriptura, ponebantur infirmi in lectulis, vt veniente Petro, saltem vmbra illius obumbraret quenquam illum, & liberarentur ab infirmitatibus suis. Oleum infinitum, admirabile lumen, & omni sole lucidius, ad vmbra Apostolici corporis languores fingere, discedere infirmitates, & omnem morborum instantiam inaudita velocitate fugari. An nõ copiosa luminis immensitas ab ore Petri largius exiit, cum ait claudo : In nomine Iesu Christi Nazareni, surge & ambula? Respice Paulum totum Illyricum peragrante, suscitante mortuos, subuertente templa Deorum, & in splendore huius lucis totius orbis illuminare circuitum. Currit Paulus, & potenti virtute sermonum illuminat quæ in tenebris sunt, clarus sermone, opere clarior, miraculorum coruscatione clarissimus. Habere, inquit, formam vestram, & attendite nõ solum quæ audistis, sed & quæ vidistis in me. Bonus & perfectus magister, qui fidem facit verbis opere meliori. In huius lucis clarissima serenitate illuxerunt coruscationes tuæ Deus, orbi terræ. Commota est, & contremuit terra ad vocem Apostolorum, cum in omnem terram sonus eorum exiit.
- Item tertia proprietatis Iohan. 21.** Oleum pascit, pascunt & Apostoli. Epistola Petri, & sublimis illa sermonum doctrina, nunquid non mirabiliter pascit Ecclesiam Dei? Audi quid Saluator de hac ipsa passione dicat ei : Pasce, inquit tertio, oves meas. Pasce verbo, pasce exemplo, pasce oratione. Pasce verbo, vt potens sis exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere : pasce exemplo, vt quod prædicas voce, opere compleas : pasce oratione, vt pro illis intercedas, quorum anima tibi commissa est. Vas electionis Paulus Apostolus, vide quomodo pascit populum Dei diuersorum varietate factorum. Lac, inquit, potum dedi vobis, non escam : perfectorum autem solidus cibus est eorum, qui pro exercitatione consummatos habent sensus. Et alibi : Facti estis, quibus lacte opus sit, non solido cibo. & iterum : Sapientiam loquimur inter perfectos. Vides quomodo se contemperat & conformat, illos sublimi, hos tenera imbuens doctrina.
- Item quarta proprietatis 1. Pet. 2.** Vngit oleum, vngunt & Apostoli. An non Petrus Apostolus vngit omnes, cum dicit : Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitio, & virtutes annuncietis eius, qui de tenebris nos vocauit in admirabile lumen suum? Paulus enim ipse nonne præcepit dicens : Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis? Oliua semper est viridis, nec frigoris immensitate percutitur : ita & Apostolorum fides inconcussa perdurat, nec vnquam tyrannica rabie potuit superari : & si impulsus est.

SURIUS

g. bar
Nover
EVIII
5

fus est Petrus vt caderet, non tamen cecidit, quia Dominus suscepit eum. Stupefactus quidem ad momentum habet Apostolus, sed statim in virtute fidei redijt, quia respiciente Domino, fleuit amare: & si ad tempus concussus est, non tamen deijci potuit: quia scientia veritatis cassari non poterat, dicens: Ego pro te rogavi, Petre, vt non deficiat fides tua. Hodierna enim die crucifigitur Petrus, Paulus gladiatur, & vitam ponunt pro fide Christi, vt non deficiat fides Christi. Isti sunt ergo duo viri oliuæ, viri habentes fidem, illuminantes patriam, pascentes Ecclesiam, peccato- res vngentes. Quod igitur scriptura hæc dicit: Isti sunt duæ oliuæ: alibi planius aperit, dicens: Hi sunt viri misericordia.

Sequitur: Et duo candelabra lucentia ante Dominum. Candelabrum tribus pedibus innititur, & in altiora consurgens cereum superportat, vt qui ingrediuntur, lumen videant. ita & Apostoli tribus virtutibus innitentes, operatione, prædicatione, miraculorum coruscatione, lumen verum Dominum Iesum Christum ingredientibus ad fidem tota claritate monstrant. Et attendendum quod dicit, Ante Dominum. Hypocritæ etenim lucent, non ante Dominum, sed ante mundum, vt videantur ab hominibus. Apostoli verò luxerunt ante Dominum, sed non ante mundum, quia iudicia & verbera experti, diuinæ maiestati solummodo placere studuerunt. Quod ipsi sint duæ oliuæ, & duo candelabra lucentia, & ante Dominum, Zacharias Propheta manifestè his verbis innuit, dicens: Isti sunt duo filij olei splendoris, qui assistunt Dominatori vniuersæ terræ. Sunt etenim filij olei, quia viri sunt misericordiæ: sunt & splendoris, quia sunt candelabra lucentia: lucent ante Dominum, quia assistunt Dominatori vniuersæ terræ. Sequitur: Habent potestatem claudere cælum nubibus. Serenitas cæli nubibus impeditur, nè videatur, & diuinitatis contemplatio peccatis nostris clauditur, nè videatur Deus, Propheta testante, qui dicit: Opposuiti nubem, nè transeat oratio. Nubes opponitur nè oratio transeat, cum peccata nostra separant inter nos & Deum. Habent potestatem claudere cælum nubibus, id est peccatoribus, & portas eius fidelibus aperire. Mira res, & omnino stupore dignissima, ad hominum linguam claudi & aperiri cælestium palatia mansionum. Amen.

Luc. 22
Ibidem

Apoc. 11
Esa. 57.

SS Aposto-
li duob. cā-
delabris cō-
parantur.

Hypocrite
cui luceat.

Zach. 4.

Thren. 4.
Egregia hui-
us loci ex-
positio.

IULIUS.

VITA S. RVMOLDI ARCHIEPISCOPI ET MARTYRIS, EDITA A VENERABILI VIRO
Domino Theodorico Abbate monasterij sancti Trudonis, & in eius festo pro concione, vt apparet, recitata.

TRIVMPHALE & gloria Christianorum, miracula sunt & virtutes Sanctorum, quæ quo latius propagantur, eo & boni in Domino gloriantur, & mali erubescunt & cruciantur. Hoc insigne ab illa Crucis arbore natum est, in qua cum vita mortem triumphasset, & velut irrigata fecundissimo aquæ & sanguinis imbre statim extendit ramos suos à mari vsque ad mare: eosque flores edidit, quorum fructus & suauissimus sapor orbis terræ sinum impleuit. Nouit hoc ab Ortu Aegyptus & India, ab Occasu alter penè orbis Britannia cum adiacente Scotia: qui statim vt ab illius æternitatis sole tacti sunt, illi sub vmbra eius quem desiderabant requiescere, isti ad ardorem vsq; martyrij festinauerunt incalescere, & stridentia anhelantiaque verba in dulce Crucis melos didicerunt infringere. Vnde autem hoc tam latè diffusum germinariis, nisi quia in eorum cordibus coaluerunt Iesu Christi amor & desiderium? Assentit in hoc Herbigopolis gloriosa martyris Kiliani meritis & corpore, nec minus prona Scoto.

Iulij. 14
Cap. 2.

Scoti Christi
sui annuntiant.
S. Kilianus